loqui de fungis quia maiorem habent similitudinem
cum radicibus quam cum herbis vel fructibus. Secundum
autem quod est una maneries fungorum qua homines utuntur
et specialiter italici via ubi postquam eradicati sunt vel
frixa vel condita cum quibusdam speciebus et sunt satis pro
rus delectabiles et vocantur apud gallicos campinioli
et nascuntur in pratis et in terra in corporata
ubi est animalia [illegible] ... Vaste
ante [illegible] [illegible] italici [illegible] et loco
putredis [illegible] plantas seu arbores mortiferas
sunt mortifera. Sunt est quidam fungi qui a tota
specie sunt mortiferi. Fungi non mortiferi meliores
sunt sicci quam virides et bonum est quod cum primo ebulliantur
in aqua et cum pulegio frigidantur et cum oleo comedantur vel
[illegible] et [illegible] [illegible] quamvis species [illegible]
[illegible] et alia et cynamomum et sic corrigitur eorum ma-
licia. Sunt enim frigida et humida et talem humorem
generant et eorum substantia est multum putrefactibilis.
Et similis humor generatur ab eis. Male igitur
nutrit et sunt difficilis digestionis et digestam sub
commedam sed generant colicam et ex eis fiunt passiones
suffocatio angustiae et sincopis et sudor frigidus
et omnia eius est pro opinione devitanda cum decoctione
[illegible] et pulegii et sunt mali stomacho valde et
bonum est post eos bibere bonum vinum [illegible] sine
[illegible] vinum bibere [illegible] [illegible] italicorum

fin eos sunt ad voluptatem

Capitu(lo) xvi de truffole

16 ole sonno come fonghi sunt fungo sz cora idon
sen truffole tur ancho nominate ab aliquibus alij
ancho nominate tubera Et sunt radices in terra sine
tenebre et folijs Rotunde figure colore tuber saporis
insipido dulcedine aliquale appropinquitatis Et puto q
alimentu(m) dant spissu(m) et humidum et grossum generant
cu(m) humiditate no(n) multu(m) malu(m) comedu(n)t tende corde
[illegible] et multu(m) tarde excepto quod si comedantur
post aliu(m) cibu(m) iuvat ad eius descensu(m) ab orifitio
stomachi Et dicunt quidam q generant humore(m) melanco
licu(m) et nichil est tam par(um) bonu(m) q ponitur elixa(n)tur
in aqua cu(m) vitello ovi postq(ue) ponitur sub cenere cocta
te deinde condiantur cu(m) oleo dulci et addit(ur) pulvis
quarundam specieru(m) Et post truffolas debet bibi bonu(m)
vinu(m) usus autem continuus earum [illegible]
[illegible] ex eo q inducunt paralisim et apoplexia(m) vel
strangurina(m) et sunt dure digestionis generantes sto
machi et multu(m) approximquant ad natura(m) fungoru(m) sz
minus male sunt q fungi Eliguntur autem truffole que
oriuntur i(n) terra arenosa libera no(n) minus aquosa
Et dicunt quidam q [illegible] sunt de terra et humide et maiores
comeduntur in vere et generantur ex humiditate terre p(er) vias
putrefactionis [illegible] fiunt medio assimilatione de lo
co de quo generantur ut [illegible]
[illegible] caliditate [illegible]
[illegible] quidam q [illegible] calidi [illegible]
calida [illegible] q [illegible] ad coitu(m) Ista tamen [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] ad voluptate(m) q [illegible]

Capitulum xvij de carnibus

4 [I]ntra bonitatem carnis bonum pascue generat intra alia
tia nouaria posito quod bene degerat determinandum
est de alimento sumpto a carnibus in speciali Et primo
de alimento sumpto a quadrupedibus domesticis et
silvestribus. Et deinde de alimento sumpto a volatilibus
tam domesticis quam silvestribus. Sed dicimus de alimento
sumpto ex aliquo quadrupedibus diversitate deinde
ex membrorum eorundem varietate Dicendum quod aliud
quadrupedibus quedam sit bonum et laudabilis nutrimenti
et quedam illaudabilis Amplius quedam sit facilis diges
tionis et alia difficilioris et tardioris Amplius quedam
generant grossiorem et viscosiorem humorem et alia subti
liorem Item quedam carnes multi nutrimenti sunt alie
pauci Carnes autem laudabilis nutrimenti de numero quadru
pedum sunt carnes capreolorum juvenum silvestrium et
domesticorum et domestice sunt silvestribus meliores silvestres
vero sunt debiles sicciores Et carnes caprarum antiquarum
et hircorum sunt simpliciter illaudabiles sive sint domestice vel
silvestres Amplius dico quod carnes porcorum nec antiquorum
nec nimis juvenum sed etate mediorum putabiliter anni
vel duorum tam domesticorum quam silvestrium sunt multum
laudabiles corporibus sanis et fortibus quibus viget
fortis calor Et puto quod silvestres sunt domesticis me
liores eo quod domestice sunt plus debito viscosiores
et humidiores Porcus autem carnes si aliquantulum sa
liantur amplius commendantur obtemperantur eorum viscositas et
quedam corrumpuntur simpliciter hec carnes meliores ex omni qua
drupedia vel ex simplicibus convenientiores corporibus nostris
et nobis magis proporcionabiles et magis nutribiles
Amplius dico quod carnes vitulorum lactantium sunt valde
laudabiles Non laudabiles ad carnes bovum veterum vel

ltinum vel lactantium domesticarum vel silvestrium
illa sunt difficilis digestionis et mali chimi et humorem
generant melancolicum unde carnes eius inducunt lepram
et quartanam et splenetica passione et similiter est fundi-
tur melancolicus. Amplius carnes arietum vel agni
specialiter castratorum sunt laudabiles et a quibusdam sapientibus
optime appellate sed carnes arietum aliquorum non
castratorum et ovium et agnorum quorum non sunt laudabilis
in sanitatis regimine convenienter dicte autem car-
nes sunt laudabiliores temporibus quibus herba pascua me-
liora tunc enim sunt convenientiores esse unde carnes
earum sunt meliores in estate et qua pulluacionem
quibus pascua sunt perfecte et similiter quia bonam dirigit
herba profunda pro eorum pastura sunt et estate gros-
siores et pinguiores et esse convenientiores. Omnia autem
sunt prime et medie etatis sunt convenientes. Non enim inde
quint pastare herba magna et profunda quia enim sunt
fecerunt macra. Et dictis apparet alia patet quod carnes
hircorum caprarum et arietum et bovum et porcorum aliquorum
et specialiter non castratorum et porcellorum lactantium et ag-
norum hii sunt multum convenientes in regimine sanitatis
sed carnes vitulorum iuvenum et arietum annalium et porco-
rum aliquorum duorum vel unius et castratorum specialiter sunt
convenientes esse in regimine sanitatis. Animalia autem quia
vitulina melior et alii porcina. Et alii magis ap-
probant carnes animalis arietis castrati sed de hoc multum
est considerandum complexio et appetitus hominis animalis complexio-
nis hominis secundum quod convenit ubi carnibus leporum et
cuniculorum et cervorum. Et esse carnes sunt melancolice
et tale humore eius generant unde tales carnes con-
veniunt ad antiquitate ... sunt continue. Melio-
res autem sunt que sunt ... pinguis vel ...

obtemperatus ab etate Et predicte carnes sunt simpliciter
intelligende nisi sint pingues illa est carnis pinguedinem
obtemperat siccitas vnde quasi eadem sed et de carnibus
predictis sicut de carnibus silvestribus et domesticis et hominis
illa carnes porcorum proporcionabiles sunt carnibus hominis
et carnes leporum et cuniculorum proporcionabiles sunt carni
bus caprearum Sunt alia multa quadrupedia que sunt
esui incovenientia et apud nos non sunt in vsu preter
tempore necessitatis homines vero vti possunt et vulpium et luporum
asinorum et equorum et canum carnibus quibus cum carnibus
homines apud nos non vtuntur nisi tempore necessitatis Carnes
autem vulpinas comedunt quidam venatores tempore autumpni
in quo sunt pingues dicunt enim repugnant enim ab
vinis Similiter carnibus canum comedunt bene pinguium castra
teatorum vtuntur quod tollerabile est tempore necessitatis Et simili
ter intelligitur de carnibus luporum Deteriores autem
quibus sunt carnes asinorum equorum et camelorum et leo
num carnes Et quia omnes predicte carnes distant a
complexione hominis non approbo earum vsum nisi in magna
necessitate Carnes autem camelorum post carnes aprorum
et porci silvestribus et capreoli sunt convenienciores in regimine
sanitatis Et est diligenter notandum quod carnes declinantes
ad siccitatem non debent assari sed elixari Et declinantes
ad humiditatem debent assari vt earum humiditas tempere...
Et ideo carnes cuniculorum leporum renonum et vitulorum
et capreolorum debent elixari et carnes porcorum et castra
torum debent assari Elixatio enim obtemperat siccitatem
et assatio humiditatem Et ex hoc patet quod in temporibus et
complexionibus humidis magis competunt carnes declinantes
ad siccitatem et assate In temporibus autem siccis et complexione
et etate sicca magis conveniunt carnes declinantes ad humi
ditatem Sunt carnes predictas laudabiles quando sunt

faciliorz digestionis ut cerebellorum et cuniculorum iuvenum
Et quidem difficilioris digestionis puta porcorum et castra
torum arietum aliqualiter antiquorum et taurorum iuvenum
Et quidem sunt mediocris digestionis ut carnes vitulorum
unius anni et agni castrati et iuvenum leporum Amplius carnium
predictarum laudabilium quedam humidiores grossiores et viscosiores
generant ut carnes porcine vel grossiores sunt viscosita
te ut carnes et bovine iuvenes Et generant subtili
ores sunt viscositate ut carnes cuniculorum et edulorum
et quidem subtiliores cum aliquali viscositate ut carnes ag
norum iuvenum Carnium ergo predictarum laudabilium quedam
plus nutrit et quidem minus et quidem mediocriter ut in primo
exemplo exemplum 2 cuniculus exemplum 3 castratus aries
Amplius carnium predictarum laudabilium bonitas diversitate
membrorum consideratur Et primo quidem diversitate membrorum
quo attenditur 2 secundum intra et extra secundum ante et retro
secundum dextram et sinistram Carnes de parte secunda carnes
et regulariter exteriora membra sunt magis laudabilia quam
respectiva interiora Membra enim interiora puta cere-
bri pulmo stomachus epar splen et testiculi renes et
intestina non sunt laudabilia omnino ut sunt vel non sunt
exteriora Et enim difficilis digestionis que generativa grossi humoris
Unde de cerebro sciendum quod est stomacho malum nauseativum
et flemmaticum que grossi humoris generativum Unde si bene
digeratur alimentum dat corpori notabile sed nullo modo comedi
debet post alios cibos Bonum autem est quod cum origano vel
calamento vel cum aliquibus obviantibus eius humiditati viscositate
et frigiditate quibus sunt virtus incisiva et calefactiva pa
retur Et sicut dictum est de cerebro ita intelligitur de
omnibus medullis et mediis Et comedenti est quod si comeda
quod dentis assiduare sibi curationis ut eius viscositati et
humiditati obviemur Non quod cum carnibus cerebellorum

et specialiter cardonum comestis est bona et con-
mestio venenosorum animalium De corde scilicet est quod difficilis
ad digestionem et tarde transiens Si autem bene di-
gestum alimentum non parum dat corpori nec male humo-
rem et specialiter cor edule Ventriculus autem quod cor ventriculus
tuto habet triangulare De pulmone autem scilicet quod est
facilioris digestionis ceteris interioribus quod destruat
virtute carnis et molleus sed alimentum dat flemmati-
cum et paucum et pinto quod non multum malum et specialiter
pulmo edule Stomachus autem et quatuor intestina
et matrix sunt difficilis digestionis et tarde et non
sunt generativa boni sanguinis Splenis autem caro
est pessima et omnis caro est melancholica et est mali
sanguinis generativa et sapore indelectabilis Epar
est dure digestionis sed multum nutrit et generat sanguinem
convenientem supposito quod nutrimentum sit ex sanguinibus et pas-
salis multis Testiculi autem sunt indigestibiles et
melancholici sed si bene digerantur bene nutriunt Melio-
res autem sunt pro certo testiculi impinguati cum porco
in carne in quo aliorum est melior [illegible] est testiculi
Et est hic diligenter notandum quod testiculi animalium prout
bene [illegible] et ea fermentatum semine et generatum non
sunt boni nutrimenti habent enim aliquod fetens [illegible]
aut natura spermatis sicut ventriculi habent aliquod fetens
[illegible] natura bone in eis generate et consumate
Unde et propter hanc causam ventriculi non generant
sanguinem simpliciter bonum sed testiculi animalium iuvenum ad
coitum non veteranorum in quibus ad hunc non est sperma fermen-
tatum sunt satis laudabiles nutrimento si bene digerantur
Cerebro ad [illegible] [illegible] scilicet quod [illegible] [illegible] [illegible]

sunt meliora posterioribus quia magis a superficie tantum de
pinata et forte calore pinguiora et magis mobilia et
comite - minus pinguia Et similiter dextra que est melior
sinistra & ulterius partes carnes meliores sunt partibus non carnes
et partes ante quarte carnibus sunt sicut pedes costis
et anres Et ut habet ceteri pedes sunt laudabiliores et de
inde aures & omnes iste sunt difficilis digestionis et parum
nutrimenti laudabiliores sunt ante pedes priorum sunt
in derogantur ante et elixantur magna et per comeduntur
cum aceto vel sinapio Et in dein derogantur cum deinde
et in dein cum ordeo et efficiuntur digestibiliores & ostesa
na efficiuntur laudabilior et magis substantia ventres
pedes ante porci et extremitates eorum lactantes colarum
consequunt et spadit in tempore calido magna si comedantur
in sitesp de potibus ante carnem sit quarto caro e de
prope una et glandulosa sicut mamillarum et testiculorum
inguinum et te epteluam faucium et linguae & similiter
dimbris ante carnibus capitis et glandulosa carne e de
lectabilis apparare sunt cum Cumque ante de bis ale
mentum bene quando digestum e bonum humores generat que
ante minus bene digestum e humores flegmaticos a bene
de generat Ex vetitis quod humores flegmaticos et
duxit ante cum Alimentum ante vero qui habent
lac confirmat aliquid dulcedinis et propter hoc delec
tabiles e eis lactantibus Cumque ante de testiculis
e dicendi dictis e supra Nutrimentum ante lingue me
dium est inter nutrimentum carnis forme non spongiose &
nutrimentum carnis spongiose Ideo cum e adeo laudabilis
nutrimenti sicut caro forme non spongiosa nec adeo mala
sicut spongiosa lingua vero ... vel cum ...

sicut testiculi porcorum Juvenum sunt laudabiliores Et
ad hoc sunt meliores testiculi gallorum scopnatorum Et
pulmo eduli aliis pulmonibus laudabilior et epar edu
li est aliis laudabilius Et stomachus gallorum et cerebrum
animalium et cor renorum est laudabilius aliis Carnium
autem eorum spongiosarum [illegible] et glandulosarum est melior
que cordi propinquior magis et caro costarum et que
est inter ossa et que est in parte anteriori et in parte
dextra Et que est propinquis propinquitudine moderata
Caro autem ante majorem distantiam a corde est in parte si
nistra et sine ossibus sunt tamen bone sicut carnes
natis sinistris Eligantur igitur carnes in quibus sunt
ossa propinque propinque cordi anteriores et dextre
Est hoc diligenter notandum quod animalibus habent partes poste
riores satis bonas eo quod illas partes semper elevat super
partes anteriores et sic per accidens pars posterior est ma
gis depurata a superfluitatibus Ut quidam dicunt et quod
hoc ille partes sunt magis propinque animalibus sed
hoc est materia considerande Nunc restat dicere de vo
latilibus Volatilia que communiter sunt in usu sunt
hec gallus gallina anseres anates domestice perdices
fasiani pavones grues malarde et silvestres anates silves
tres degentes in aquis ut anates Et etiam turtures
columbe Juvenes sturnelle alaude plumarii passeres
et reliqua aves minute que capiuntur in bladis ut turdi
merule Volatilium autem que enumerata sunt quedam sunt lau
dabilis nutrimenti quedam illaudabilis Et quedam sunt
facilis digestionis et quedam difficilis Et quedam sunt tempe
rate complexionis et quedam distemperate Laudabilis nutrimen
ti sunt gallinae et eorum pulli et capones Juvenes

et antiquam bene pinguet et perdices fasciani et alaude
et turtures et plumerii et coturnices et omnes genus que
capiuntur in bladis Alia autem volatilia ab istis sunt lauda
bilis nutrimenti difficilis digestionis de quali condicio
nis sunt puta carnes anserum anatum et pavonum et mala
dorum Et velox carnis omnium habentium collum longum et cos
tam longam degentium in aquis Omnes sunt laudabilis
nutrimenti Et difficilis digestionis et generant humores mela
colicos Similiter sturnelli merule et huius sunt graves
ad digerendum et grosse nature Passerum autem car
nes sunt calidissime et in temperamento longissime et multum
excitantes coitum unde non multum comedunt In regi
mine sanitatis Inter carnes volatilium laudabilium in regimine sa
nitatis quedam sunt temperatiores et temperamento propinquiores
Alie sunt minus temperamento propinque Temperatiores sunt
galline iuvenes gallinarum pulli et iuvenes virgines
ratione que tamen ad aliqualem caliditatem et humidita
tem declinat Similiter et perdices iuvenes et coturnices
perdices tamen declinat ad aliqualem frigiditatem et siccitatem
et sunt sicut galline dissimiles et habent proprietatem confortandi
de ventre assi et elixe Coturnices autem sunt satis
temperate Dicunt quidam quod ex comestione coturnicum fit
spasmus et tetanus sed aliqualiter declinat ad calidi
tatem et subtilitatem sunt generative boni humoris et multum
competunt sanis et convalescentibus Relique autem volatilia
superius enumerata plus distant a temperamento puta carnes
columbarum iuvenum et turturum iuvenum Ultra habent autem
quamvis carnes sunt evitande propter earum nimiam calidi
tatem et siccitatem et digestionis difficultatem Antiqua
autem columba mirabilem habet proprietatem in epilenticis et para
liticis et tremulis In comedendo pinguedine habendum sed pulli

sunt continentiores corporibus suis sed declinat ad siccitatem
et caliditatem unde eciam debet in regionibus calidis competere
etate et temporibus calidis. Avis vero que capiuntur in blado
et alaude declinat ad siccitatem et caliditatem sed non sunt
ut turtures et columbe. Et est deligendum quod generaliter
volatilium omnium est pauca nutrimenta si comparentur quadrupedibus
ditatem et maxime perdicum quorum carnes nullum
aliud nutrimentum excedit in bonitate sed volatilium vero
est digestibilior et maiorem perdicum et gallinarum pul
lorum iuvenum et columbarum et alaudarum et avium parva
rum que capiuntur in blado. De interioribus volatilium
respectu interiorum quadrupedum proporcionabiliter dicendum
est sicut in pedalibus dictum est. De intestinis vo
latilium similiter est sicut quod sunt simpliciter inesibilia quo
rumdam tamen avium ventres esibiles et delectabiles
sunt valde sicut ventres anserum impinguatorum gal
lorum et gallinarum quorum alimentum infusum fuerit
in lacte. Sicut autem eorum ventres sic et epata vo
latilium ad esum delectabilia sunt sed magis nutrimenta.
Testiculi gallorum iuvenum est sunt boni nutrimenti et
multi et facilis digestionis. Cerebella volatilium lau
dabiliora sunt cerebellis quadrupedum propter sui siccio
ra esse. Propter autem volatilium que sunt montana
silvestria sunt aquaticorum cerebris meliora proporcionabiliter
aliis omnibus. Criste et barbule gallorum non collau
dantur aliquando nec vituperantur. De partibus autem exterio
ribus volatilium proporcionabiliter est dicendum sicut de pedalibus
dictum est. partes enim anteriores sunt meliores posterioribus
et dextra quam sinistra et pinguia mediocriter quam ...
medie. Denudata et proprie eorum quam remota et os

succosa puram quam ossibus denudata. Unde sicut qualitas de
catulus et spadix iuvenum pinguium renovare sunt ad di-
gestionem et mictionem et similiter gallinarum et gallorum
pinguium et iuvenum scilicet et caponum. Optime autem sunt
ille aves que sunt mediocrium bene et iuvenum pessile
viro que marulletorum et pernectorum. Et est dubi-
tandum quod volatilia que sunt dure carnis ut pavo
et anser et antiquum capo et anas et grus indiget
multa mora post eorum occisionem antequam decoquantur et
comedantur. Et oppositum est de volatilibus mollis carnis
et facilis digestionis. Non enim indiget multa mora
post eorum occisionem antequam decoquantur. Et quanto car-
nes volatilium sunt grossiores et minus putrefactibiles
tanto indigent maiori mora ut carnes eorum mol-
lescant et fiant magis apte ad decoctionem et diges-
tionem et eorum aromaticitas reducatur de potentia
ad actum et longa mora. Et pavones magis indiget
longa mora inter volatilia omnia et deinde capones et
grues et deinde capones antiqui deinde galline et gal-
li iuvenes. Cetera autem volatilia parva vel nulla
mora indiget. Dicimus ergo quod pavo coquitur post tres dies
vel duos et capo iuvenis vel galline iuvenes post
paucas horas ad minus et capo antiquus post xxiiij et
grues et capones post duos dies vel post diem in domi-
bus. Amplius dubium est nondum quod modus decoctionis est
multum desideratus in carnibus predictorum et volati-
lia que decoquuntur in aqua calida dant corpori hu-
midum alimentum et facilius digeruntur. Assata autem
et frixa sicciora sunt et talia dant corporibus nutri-
mentum siccius domestica vero et parvibus dat alius
humidum nutrimentum et faciliorem digestionem et plurimum

superfluitatum quam silvestria Et habitancia in mediis et ad
locis siccis eorum corpora sunt magis alimenta et minus superflu-
itatum et magis munda et minus resolubilia et difficilius co-
rruptibilia quam habitancia in locis aquosis et humidis Et hec
sunt comparando sicut de eadem specie et eiusdem partibus et eiusdem
etatis habitudinis et situs Et quia similiter videtur
hic convenientia cum carnium praeditarum et quidam ex eis
cotidie comedunt brevem hic de eis et transeundum de
qualitate sunt alimenti virtute dicendum igitur quod carnes sunt
dura et propter hoc indigestibilia sed tamen bene di-
gerantur magnum nutrimentum existit Et quia aqua decoc-
tionis earum et ventrem subducit propter hoc aliqui
condiderunt hoc brodium cum oleo sale et vino rubeo brodio
ad stringendum cum quo sunt venter Et antiquum vellis solo
nutrimento eius uti carnem hanc cum aliis decoctam in aqua
transpone in aliam aquam deinde iterum illud decoquens
secundo et tertio illud decoquens quod tenera fiat caro
preparata tunc sic astringet ventrem et alimentum suf-
ficiens corporibus exhibebit in tantum etiam quod multum
competit corporibus debilibus dominarum Multas etiam ali-
as bonas habet proprietates quas memini me scripsisse
in consilio per me ordinato ad emorroydarum passionem
in quo etiam loco sufficientius electionem requirere lima-
cum et modum preparationis et firmamentum earum

Capitulum xviii de piscibus

Consequenter determinandum est de piscibus tamen dicimus
quod pisces respectu carnium ceterarum animalium
sunt nutrimenti facilioris digestionis et nutrimentum
eorum est magis superfluum et flegmaticum et frigidum
et humidum et minus masculinum Et quamdiu quod sunt ad
digerendum cum non longa faciunt mora in stomacho

et stim generat et si sint ad digerendum duri et longa
mora faciunt in stomacho hoc est cause propter quod etiam post
et quia in eorum digestione laborat stomachus et ideo cor-
rumpuntur in stomacho et qualitate quadam suscipiunt putre-
dinale stim generat Et ut sit ad unum dicere tamen
laudabilia nutrimento melius est nutrimento piscium Et est sciendum
quod pisces marini sunt meliores piscibus aque dulcis ceteris
paribus Eorum enim nutrimentum minus est superfluum et flemma
ticum et nature tamen magis propinquum Et quia ceteris
paribus pisces marini sunt duriorum carnium piscibus aque
dulcis ideo sunt difficilioris digestionis et resolutionis
et plurimum nutrimenti et puriori unde judicio meo me
liores sunt in regimine sanitatis quam pisces aque dulcis
Et est diligenter notandum quod de piscibus tam marinis quam aque
dulcis eligendi sunt quorum caro non est viscosa sed
frangibilis non multum grossa sed subtilis non gravis
odoris sed suavis nec cito putrefactionis sed sufficientis du
rationis non mali coloris sed albi et quorum habitacio non
est in lacubus stagnis nec in locis sordidis vel in a
quis lutulentis multas habentibus qui etiam non sint magni nec
valde minimi nec valde magni Et qui sint velocis
motus et pauce viscositatis Et si sint pisces marini
qui capti fuerunt in fluminibus multum distantibus a mari
tales utique pisces omnibus conditionibus supradictis existentibus
erunt eligendi ampliusque suppositis predictis conditionibus
quanto squamosiores tanto meliores Et similiter dico
de spinis hec enim significant puritatem sive pisces
Inter pisces marinos capti in ultimo de mari profundiori
et magis agitato et ad quod est cursus plurium fluminum
puriores sunt et meliores Et ex hoc concluditur quod pisces
capti in mari mortuo non sunt ita laudabiles
sicut qui capti sunt in alio mari Et similiter capti in

mare meridionale non sunt adeo sani sicut in septentrionali
quod magis est agitatum Est enim magis tempestuosum et
velociore fluxum et refluxum Et similiter intelligendum de
piscibus aque dulcis Nam ubi tanto quanto aqua est
profundior et mobilior tanto pisces eius meliores et
meliores Ex hiis igitur circa potest sufficienter qui pisces
sunt laudabiles et qui vituperabiles de piscibus qui sunt
in usu in hiis partibus gallicanis Et primo dicemus de pis
cibus marinis deinde de piscibus aque dulcis Dico
ergo igitur quod pisces bestiales sicut porcus marinus canis
marinus delphyn et morua non multum competunt in
sanitatis regimine Sunt enim difficilis digestionis et
grossi humoris et multe superfluitatis Nec etiam racionibus
dictorum piscium apparent condiciones superius enumerate
scilicet albedo subtilitas frangibilitas et quantitatis medi
ocritas motus velocitas et odoris suavitas Et si hos
pisces et consimiles comedere contingat non statim sunt co
medendi cum cogitare de piscibus capti sunt sed observandi
sunt per aliquos dies quousque eorum carnes mollescant
et teneantur sine substancie corrupcione Amplius predicti
pisces meliores sunt semisalsi quam recentes pisces autem
perfecte salsi non conveniunt in sanitatis regimine sicut nec
carnes Nam male nutriunt et parum et turpe Et de
aliis piscibus marinis scilicet quod consideratis condicionibus
supradictis laudabilibus michi apparet quod rogetus
et gornatus inter pisces marinos sunt laudabiliores
Nam eorum caro est alba satis subtilis et frangibilis boni
saporis et odoris delectabilis et eorum substancia apparet
plurima Et post hoc plagicia et sola scilicet horum caro est
magis viscosa et minus frangibilis et minus alba et magis gros
sa et minus subtilis Nec horum sapor aut odor est ita delec
tabilis Et facit pisces merlengus est laudabilior post rogatum

non vinum est tamen grossiori et viscositate sicut peregrinae
solida et cum substantia de fermentibilibus suis secundum grossitudinem suam ipsa
vore et odore in colore et substantiae permutantur cum mobili
tate deficit in bonitate a regesto et generatur et similiter
intelligatur de albore Et Romania Armenus suis aequip
quat perdit de bonitate considerat perditam conditionibus
et tamen grossior et viscosior perditam persistunt Italiano
rum autem et tribolati et magnivalli et corsi multum
deficiunt a bonitate regestorum Sunt enim multum grossi
ores et viscosiores et magis sunt superfluitate plena
Unde non conveniunt nisi exercitantibus fortibus iuvenibus
et robustis cum quibus propter eorum grossiorem viscositatem
et frigiditatem repugnantibus Vigna de proximior perdit
in bonitate et malitia immediate Sapora autem vet
eo vinitate de deteriores sunt facta de bibere considerationes
decrementibus sicut vinitate Omnes autem postea sequente de
vinitate meliora sunt propter passata quam aliqua Et
eligata in vino cum quibusdam similibus de herbis vary
viscositate et frigiditate repugnantibus quam in simplici aqua
rosea Erit autem postea facilis separatio a multo aqua
simplici de vinata Et aliter eorum multorum vinata sunt
quibus quarundam pristina exorta similiter et mixta sunt
gustu multum delectabilia sicut patet de urbe Romane
et raritas vini et de omnibus quarundam aliorum sicut
melius nec veniunt tentatores Ipsi autem hos pos
ter marinos sunt quidem alii de quibus optia codima
tu quam sunt inde sic No autem solum fasius mi sione
de operis et motis quibus solet galli vite considerationis
digna devotionis ratione quadam habet viscositatem ratione
cum ventre capiat sed principalem raro sufficit sociat cum
plurimis agnis ex devotione dominationem Ante alios

pisces sufficienter nutrit sicut de tincis dictum est ven-
trem stringit et inter alios pisces plus stomachum confortat
et minore frigiditate excitat humor tamen a talibus
generatus sicut et ceterorum piscium est crudus vel flemma
ticus crudus quod extra coctionem natura habetur carnem duram
et flemmaticum extra coctionem naturaliter habendum carnem minus duram
cuiusmodi sunt ostree et piscis que sunt in aqua humor ex
eis est generatus flemmaticus est sed minus quam ceterorum piscium
De piscibus aque dulcis qui adhuc non sunt descripti
Dicimus quod consideratis conditionibus superius enumeratis puta
colore albedine frangibilitate et subtilitate substantie
et sapore et odore suavitate cum mediocri quantitate corporis
patente squamositate et velocitate motus et aqua in qua vi-
vunt consimilium bonitate meliores sunt pisces qui
capiuntur in aqua petrosa currente versus septentrionem
profunda multe agitationis ad quam non possunt sordi-
ties currentes aqua et ideo sunt habite male Et in
appropriatis quod perca et tinca mediocres existunt secundum quod dic-
supposito quod sint pingues Et deinde trutta et deinde
tapia et quintus carpa sit squamosior predictis tamen
non habens carnem adeo albam nec frangibilem nec subtilem sicut
lucius et perca et si primus reperiatur in stagnis Anguilla
autem dato quod sit laudabilis gustu tamen consideratis
conditionibus predictis differt a predictis piscibus cum multum
Sed lampreide prime sunt laudabiliores anguillis cum tamen ex-
cellentes non tamen sunt tante viscositatis nec grossitiei si-
cut patet ad sensum Et sicut dictum de anguilla inter pisces
aque dulcis ita intelligamus de lampreda unde
salina Rhodonia videtur esse piscis valde commendabilis
quamvis sit cum squamosus sit tamen cum piscium de aqua salsa

et generatio generatorum spargitur in terra unde multum dubi
tandum est quod pisces sint venenosi unde eorum capita et cauda
et quidam venenum consunt etc et similiter interiora spinia nullo
modo sunt edenda Item est propter eorum viscositatem
quod submergantur in vino optimo vivi et dimittantur eidem quo
usque mortui sint et deinde possunt coqui in galentina optima et
species sint quod con magnorum dulcorum consumunt fiant tando
tamen quod prius bulliantur primo cum herbis et ?ullitionibus in vino et
aqua et illa abiecta decoquantur ad perfectionem et fiat ga
lentina vel pastillatina vel assatina et cum salsamento
assato comedantur Commodosunt et tamen, maneriei humor
piscium dimittere Jam eum multi ex eorum usu sunt parti
tati unde consideratis conditionibus superdictis dicimus omnes
pisces pessimi sunt et minus comedendi de raritate cum
flemmatibus et marinis quasi eadem ratione et sicut de ostre
is et molis nisi quod difficilioris digestionis sunt et plu
res nocumenti sunt et non facile a stomacho corrumpuntur
sicut multi aliorum piscium et sunt quasi viscositate eorum
cumque laxant ventrem nisi decoquantur cum pluribus aquis
et aqua decoctionis eorum fit maxime laxativa Et
eorum spina ventrem constringit et sufficienter nutrit Et e
orum sunt laudabile nutrimentum inter pisces Est etiam debi
nendum quod pisces corpus humectant et lac et sperma multum
plicant multum competunt calidis et lacrimis de ventibus
existentibus Non sunt comedendi pisces post fortem exercitium vel
post fortem laborem quia tunc de facili corrumpuntur amplius ha
bentes stomachum debilem vel malis humoribus plenum non
gaudeat in esu piscium Amplius sciendum quod pisces grossi et vis
cosi similiter melioris sunt quam recentes Et salsi multo
tempore non sunt boni Amplius pisces et carnes non simul sunt
edenda inter pisces et lacticinia Nam pisces comedendi sunt
post alios cibos Amplius pisces laudabiliter parantur salsi

et in parua quantitate sumpti renouant appetitum et ipsum
corroborant specialiter illis qui habuerint appetitum ad eos

Capitulum xix de animalium superfluitatibus

D Consequenter dicimus de animalium superfluitatibus que sunt
in esu puta de lacte ouis et sanguine. Primo ergo
dicimus de sanguine. Et dicimus quod omnis sanguis est difficilis
ad digerendum et maxime qui est grossior et melancolicus
sicut est sanguis bouis. Sanguis autem leporis est alijs
delectabilior. Et est multe in consuetudine ipsum coquere
cum epate et cum quibusdam alijs visceribus. Similiter etiam
sanguine porcorum iuuenum et magnorum castratorum scilicet sanguis
quibus porcorum non castratorum est indelectabilis et difficilis
digestionis. Sanguinem autem capreolorum iuuenum quidam
dicunt esse delectabilem. Amplius quidam dicunt quod bonus
est sanguis gallinarum et columbarum et impinguatarum. Et sanguis
est deterior quam porcorum non castratorum nec ad de-
lectationem nec ad digestionem valet. Multum tamen
defert a sanguine leporum. Et quia omnis sanguis est indi-
gestibilis et superfluitatis sicut quecumque modum quibus ipsum
preparauerit non est vtendum in sanitatis regimine nisi
in casu necessitatis. De lacte De lacte sciendum
quod lac est boni nutrimenti facilis digestionis et satis in-
tat. Est autem eligendum lac mediocre et non subti-
lissimum sicut est lac camele nec grossissimum et in-
pinguissimum sicut est lac vaccarum et pecudum. Eli-
gendum est igitur lac capre non enim habet tantam aquosi-
tatem sicut lac camele quod non est aptum ad nutriendum
ratione nimie humiditatis. Nec habet tantam pinguedinem
et grossitiem seu caseitatem et butirositatem sicut lac vac-
carum et pecudum. Et in consequentia lac sit magis
commensurata in lacte et minus excedentia et excessa
magis est conueniens in sanitatis regimine. Lac enim

humidissimum ventris est subductivum Et lac grossissimum
et pinguissimum est venarum opilativum et ventositatis
generativum et difficilioris digestionis ipsum est necessarium
in regimine sanitatis Eligatur igitur lac capre non nimis
propinque partui nec nimis distantis a partu non pugnate
mixte in bonis pascuis et tempore quo reperiuntur melio-
ra pascua in quo animalia sunt pinguiora Et quia lac
est facilis digestionis et corruptionis non est comedendum
cum aliis cibis et specialiter cum piscibus Similiter comedendum
est cum trahitur ab ubere si enim remanet per tempus notabile
corrumpitur a retinente Bonum est etiam quod admisceatur aliquid
mellis vel zuccari ut ipsius corruptio in stomacho impediatur
et ventositatem in lateribus generatam et dentium et gingiva-
rum lesio et gravamen capitis usus enim lactis capitis dolo-
rem inducit et gingivas laxas efficit et dentes putre-
factibiles et corrosos causat Unde bonum est post assump-
cionem lactis transglutire aquam mellis et similiter gar-
garizare et cum eo os et dentes lavare Et secundo
post aquam mellis uti eodem modo vino potius est specialiter
propter gingivas et dentes Et si dubitaveris capitis
dolorem nullo modo post lac bibatur vinum nisi valde
aquatum Cum autem magis generatur ex usu lactis
sunt habentes capita debilia et venas epatis strictas
et stomachum debilem Iterum usus frequens lactis
serosi non est periculosus omnibus eo utentibus sed lactis non
serosi sed casiati plurimum Ita lac casiatum plurimum
ledit eos qui sunt dispositi ad lapidis generationem
et venarum opilationem pectori autem est omne lac bonum
et pulmoni In quibus autem dubitatur fluxus ventris
abstineant a lacte seroso quia ventrem facile solvit
De lacte autem coagulato sive igneo sive bullito et
decocto scilicet quod lac bullitum et decoctum caret serositate

serosa et ideo efficitur difficilioris digestionis maioris
opilacionis et ventositatis et grossioris humoris nec
tamen convenit in regimine sanitatis sed et certa et
scitur, intelligitur de lacte decocto cum ferro ignito vel
lapidibus ignitis, nisi quod lac isto modo decoctum acquirit
quandam stipticitatem seu stipticam qualitatem racione cuius
stomachum confortat et desiccat et magis quam aliter
coctum vel non coctum simplex unde hoc ita cito corrumpitur
in stomacho Et est minus satis comedentibus huius a quorum
stomachis cito descendit nervis antequam digeratur perfecte
Et quia lac ventrem lapat racione cuiusdam necessitate
in aquositate lactis quia totum lac permeat et non
solum aqua ipsius bonum est quod cum lacte commisceatur aliqua
aqua, mixta sit cum lacte serositate per ignicionem
vel ebullicionem totaliter consumatur Et sic preparatum
lac erit ventris, nunc subdendum lac ante coagu
latum virtute coaguli desiungendis serum a caseo
sine serositate simplex est numquam convenit quod lac sim
plex propter ipsius grossiciem Vero est ita stomacho
comedentibus, nec distemperatis sed lac cum ferro igni
to decoctum — Et si comedatur sicut sit cum caseo et
lacte sic coagulato quod est eciam de lacte simplici
et coagulato nisi quod racione coaguli numquam lapabit
ventrem et plus morabitur in stomacho et erit maioris
caliditatis Et racione distinctionis prima lactis non magis
laborabit in digerendo unde omnibus consideratis
numquam convenit in regimine sanitatis quod lac sic co
agulatum, preter manent lacte emundatus est una
manerie lactis acetosi et est grossioris substancie difficilioris
digestionis frigidioris complexionis aliis manerie
bus lactis et numquam convenit corporibus sanis et ad
frigiditatem declinantibus Et specialiter senibus corpora desiccata

non competit sed dentibus et gingivis et capitibus sanorum
corporum nunquam obest. Non enim sic capitis dolorem debent nec
gingivas laxat nec dentes ad putrefactionem corrosionem
disponit. Racione tamen sue frigiditatis debet licet cum nocet
sicut alia frigida. Nam frigida inimica sunt nervis den-
tibus et ossibus et specialiter si tota complexio corporis ad
frigiditatem declinet cum tempus et etas frigida fuerint
cum eo, magis si cerebrum et certa ab eo a radicali com-
plexione declinet ad frigidum. Et ut sit ad unum dicere
corporibus sanis non competit via cibi et nunquam corporibus
frigidis et specialiter tempore frigido et etate senili. Cor-
poribus tamen calidis et specialiter secundum eorum iusticiam et
tempore et etate et regione calidis. Hoc lac satis est
conveniens et sufficienter digeritur et convertitur, nutrit
tunc [illegible] corum stomachus [illegible] amplius nec cum fu-
mos colericos conceptos. Calidis vero corporibus lac ace-
tosum non solum non obest sed sufficienter prodest. Debet
[illegible] renes calidos et meatus strictos non debet ho-
lacte uti. Nam usus eius est causa generacionis lapidis
in talibus corporibus et opilacionis venarum. Sed aut
habent meatus amplos specialiter secundum renes et vesicam propor-
cionabiliter calidi generacionis lapidis periculum totaliter
est sublatum.   De caseo.   De caseo vero est sci-
endum quod caseus recens est frigidus et humidus cum grossus sit [illegible]
fit digestionis et opilativus et lapidis generativus cum non
multum conveniens via cibi in regimine sanitatis. Et caseus
vetus est calidus et siccus propter salem cum tedet adustionem
cum difficile digeritur parum nutrit et male cum nunquam [illegible]
quam recens. Et si aliquis caseus est bonus medius inter
novum et veterem viscosus et frangibilis [illegible] cum male
et parum declinans ad aliqualem dulcedinem non nimis sal-
sus nec nimis parvus nec albi coloris nec spongiosus
nec carnosus [illegible] non corrumpet. [illegible]

ad modum panis bene fermentati nec lenis sed ponderosi sapore delectabilis et boni odoris. Cuius d[e] stomacho mora non est continua ex bono lacte conveniens factus suffi[cienter] unctuositatis. Talis utique caseus bonus est et nil aliud ma[gis] est eligendus et post cibum sumptus non multum potest nocere in regimine sanitatis. Multa tamen quantitate continuique caseus sumptus in via cibi valde est malus stomachum gravans et obediens digestioni et oppila[tioni] tivus et lapidis. In renibus generativus et humorum grossorum d[e] corpore causativus. Solus igitur ille caseus est sanus quem dat avara manus. De butiro

De butiro autem sciendum quod ratione sue humiditatis et unctuositatis plurimum non competit via cibi primo si quis eo utatur d[e] quantitate notabili abhominationem inducit et facit cibum supernatare in orificio stomachi et ventris plus debito lapsat et vomitum inducit. Nullo ergo modo butirum est comedendum via cibi et d[e] quantitate notabili sed specialiter non comedatur post alios cibos sed ad condimentum ciborum sals[arum] conve[nien]t sicut oleum olivarum quamvis butirum sit calidius oleo et multum humidius. Et quod utimur butiro ad comede[n]dum cum aliis cibariis sive ad coquendum non est ita conveniens sicut oleum. Ita est maiorem passibilitatem quam oleum unde magna ebullitione ... ... totaliter evaporat sed oleum est magis viscosum et magis resistibile et ideo plus sustinet de ignis acuitate quapropter ex ea perfectius cibaria condiuntur quam cum butiro sed ca[r]entes oleo utuntur butiro loco olei. De ovis

De ovis est sciendum quod ova gallinarum et fasianorum et perdicum et pinguium sunt bona d[e] sanitatis regimine et aliis omnibus sumptis meliora supposito quod sint recentia et de ova recentia gallinarum ceteris paribus ova ro[tunda] simila oblonga sunt meliora unde ... ... pusbiri

Inter pro lege teneri quod bona sunt ova candida lo
nga nova. Amplius ova tremula sunt meliora sorbilibus et
sorbilibus. Et talia ova sunt multi nutrimenti et boni
et facilis digestionis et generant sanguinem magis
proportionale cordi unde cordialis est. Et sumbz et debili
bus maxime conveniunt maxime vitellum et albumine
cum non est malum si non sit indurati albi vel dum
simplex est vitandum. Ova autem in cineribus indurata
et frixa in patella quoniam sunt indurata respectu
tremulorum peius dant corpori nutrimentum et sunt dif
ficilioris digestionis et maiorem superfluitatem. Sorbi
lia autem sunt facilis digestionis et leniunt pulmonem
et pectus et ventris subducunt et minus nutriunt quam tremu
la. Cocta autem et indurata sunt difficilioris diges
tionis et mali nutrimenti et tarde pertranseunt. Me
liora autem cocta et assata sunt que vero suffocata
sunt de aqua et oleo preparata cum aliqua portione sa
lis usque ad aliqualem consistentiam decocta et non
indurata. Nam indurata sunt similia coctis et assatis
Dico ergo separata ovis corporibus in regimine sanitatis
sunt magis convenientia. Ova anatum anserum stru
tionum et aliorum volatilium in regimine sanitatis fuerit
sunt minus convenientia vel simpliciter evitanda. Amplius
ova que dicuntur ova venti que sunt sine coitu mascu
linorum sunt alia et minus convenientis sapores quia in
completa nec ita digesta sunt sicut alia unde
puto quod in regimine sanitatis sunt minus convenientia.
De melle et zuccaro
1 Mia de regimine sanitatis utimur melle et zuccaro
ideo de istis duobus consequenter est aliquid dicendum
Et ideo sufficit ad regimen sanitatis dicere primo quod pre

nutrit sed eorum intermedium est satis laudabile et inter
medium melius calidius est intuitu zuccari et stomachis
et flegmaticis et natura frigidis convenit. Sed corporibus
autem calidis natura et iuvenibus non convenit mel
illa in corporibus talium in coleram rubeam faciliter conv
ertitur et corporis non nutrit sed a sua repletione naturali
distrahit. Zuccarum ergo talibus corporibus conve
nit propter sui passibilitatem in coleram converti resistunt cor
poribus igitur in caliditate notabiliter lapsis non
competit mel nec corporibus eius temperatis in etate
tempore et regione calidis. Quibus zuccarum posset
talibus corporibus aliquando convenire. Colericis autem
iuvenibus et in estate non competit sed aliis com
petit puta flegmaticis, melancolicis et sanguineis et
temperatis in quibus non est tante caliditatis dominium
quod zuccarum in eis ad coleram convertatur. Eligatur autem
mel venale sapore dulcius colore palearum vel al
bum et rubeum substantia non liquidum sed spissum. Et fit mel
roris quod est melius apud temperamentum hoc tamen mel
apud nos non colligitur nec invenitur sed in partibus meridianis
valde calidis et spatio in monte pessulano. Multum
etiam consideranda natura arborum super quibus dicitur
mel roris. Illa enim quae arboris sunt deterget al
terius naturae sic et mel. Si enim dicatur mel super
arboribus calidis erit calidius et si super temperatis
vel frigidis erit minus calidum. Et similiter intelligatur
de melle apum. Multum enim consideranda sunt loca
habitationis apum et ex quo rore et super qua specie
florum vel herbarum nutriuntur. Est autem quoddam genus
mellis quod est de arce cuius natura est venenosa quod
est similiter vitandum. Mel coctum cum aqua vel sine
aqua et despumatum plus nutrit et minus subducit

et est magis ventosum Et si quis assiduet melius erit de comes-
tione inducit vomitum Mel autem cum aqua coctum est magis
urine provocatiuum quam decoctum sine aqua

Capitulum xx. de saporibus et condimentis

Consequenter est dicendum de condimentis et saporibus et pri-
mum ex quibus cibaria condiuntur sint in sanitate servan-
da mediocriter utilia Cum quia per condimenta cibaria efficiun-
tur delectabiliora et per consequens digestibiliora Nam
quod est delectabilius est ad digestionem melius Cum quia
per condimenta additur bonitas et corrigitur malicia Ea
autem ex quibus cibaria possunt condiri sunt sal oleum
sagimen et butirum Experientia enim docet quod comesti-
bilia que condiuntur sine sale sunt ori insipida
et stomacho minus acceptabilia Sal ergo comestibi-
li addit bonitatem saporis et maliciam corrigit comesti-
bilium ab humiditate grossa indigesta et aquosa auffert
Et sic conficitur cum sale digeritur et decoquitur melius
quam sine sale Salis enim proprietas est humiditatem extraneam
desiccare et dividere partes quod remanet bene coquere
et adequare Et ex dictis potest etiam sufficienter que cibaria
in eorum condimento indigent pluri sale et que
pauciori Nam materia existentia cibaria et humida
et cum hoc grossa indigent pluri sale Cibaria autem
sicca non existentia subtilia indigent de eorum condimento
minimo sale et intermedia eorum indigent medio sale
Ex dictis ergo etiam potest que carnes sint convenientiores
salitine et que minus Et similiter de piscibus Nam
carnes minime salitine apte sunt carnes subtiles
sicce non existentes nec carnes volatilium puta gal-
linarum perdicum et fasianorum et alaudarum et cunicu-
lorum et leporum iuvenum et similium Et per oppositum car-
nes existentes et humide salitine sunt magis convenien-
tes puta carnes porcine Carnes autem bovine
non sunt ita convenientes salitine Nam dato quod sint

crassi et superfluitate nec tamen sit humide sed sicce
Et similiter intelligatur de piscibus Nam pisces habentes
carnes subtiles non superfluentes nullo modo conveniunt
salitura Et specialiter si sint grossi sicut sunt pisces petrosi
sicut orata et vendosia et similes pisces piscibus
bestiales habentes carnes duras et superfluas et in
hoc humida sunt salitura maxime convenientes
sicut patet de porco marino et balena Nam salsi ex
salsis prevalet Cum salitura nec sit longe ...
Et ex patet quod salis condimentum in sanitate regimine
est necessarium Similiter in defectu carnium ad condi-
mentum olerum et leguminum nec sufficit sal et aqua
sed indigemus oleo vel butiro vel sanguine Nam quia
leguminia et olera sunt nature melancolice et ex
restibus bonum est ea condiri cum aliquo unctuoso contra
terrestreitate obtemperate Ex quo etiam sapor eorum
efficitur delectabilior et suavior et per consequens ad nu-
triendum et digerendum meliora Oleum autem oliva-
rum inter olea et quibus cibaria condiuntur est dulcius
temperamentis et nature amicabilius Oleum autem nucum
minus est calidum et siccum et similiter oleum lini ne-
corum sapor est sic nature amicabilis Oleum autem
papaveris quo utuntur aliqui est boni saporis et odo-
ris sed declinat ad frigiditatem unde sic non compe-
tit in regimine sanorum Oleum autem amigdala-
rum dulcium est satis laudabile pro comparatione ...
amento Et defectu olei multi utuntur butiro
sicut superius dictum est in capitulo de lacte quod autem
cum superfluitatibus sanguine autem et specialiter porci-
norum utuntur ad condimentum ciborum propter

deserviunt et propter easdem causas quas superius dictum sit de sapo
rum delectamenta ad voluptatem magis quam propter necessitatem
a tractatoribus fuerunt plurima adinventa unde non multum
sit necessaria in sanitatis regimine sano inter talium saporum
delectamenta inferunt nocumenta. Nam propter talium ciborum
saporositatem homo plus comedit quam natura requirat unde
homo complexione sanus et in naturali dispositione talibus saporibus
non appetit nec via cibi nec via potus solum considerata patet
Et si aliquis sanus talibus saporibus appetat hoc forte est
ex consuetudine Et quia consuetudine iam inducta difficile
sine expressione et detrimento est subito permutare dicendum est
cum aliquid consuetudinem habeo intendo hic breviter de sa
poribus pertransire Primum autem quod est in saporibus omnibus
assignandis supposita corporum sanitate est quod ex eis citius
sumatur et quanto sapor plus distat a temperamento et
a natura cibi et potus tanto minus sumatur de eo Et
quanto sapor est temperatior et naturae cibi et potus pro
pinquior tanto plus potest ex eo sumi amplius conside
randum quod temporibus calidis sapores declinent ad frigidos
vel ad calidum valde parum et in tempore frigido econverso
Materia igitur saporum in estate sit veriutum vel agresta
de silvestribus uvis vel acetum vel sucus limonum vel
citrangulorum vel granatorum cum zuccara et aqua rosa
ta et amigdalis et panis assatus infusus in aliquo
predictorum sine alleis et speciebus calidis Et interdum in
saporibus qui fiunt in estate potest addi aliquantulum
serpilli et petrosilini ad obtemperandum frigiditatem predictorum
Materia autem saporum competentium temporibus frigidis
sunt sinapium cinamomum zinziber piper cinamomum garyo-
fili allea salvia menta serpillum et petrosilinum vinum
aqua racemi acetum non forte sed propinquum naturae vinum

Et i temporibus mediocribus sunt sapores mediocres eligendi. Ad amplius diversificantur sapores racione cibariorum pro quibus fiunt. Nam alia et alia cibaria indiget alio et alio sapore sicut sunt duorum (?) Castratorum (?) ... et similiter vitulorum et capolorum (?) sapor communis est salsa viridis. In aestate quidem ex aceto et agresta cum pauce speciebus sine alleis cum petrosilino zinzibere alleo et agresta et aceto et pane asso infuso de aceto vel agresta. In hyeme fit eadem salsa cum pluribus speciebus et pauco alleo et optimo vino et pauca agresta et potest sufficere sinapim vel cimera (?). Sapor autem carnium bovinarum ... est piper bullitum quod fit ex pipere et pane asso et aqua carnium et pauca aqua in hyeme. Et in estate cum pipere pauco cum multa agresta. Et ipse idem sapor est salsa communis carnibus porcinis et ... in hyeme et potest sufficere sinapim vel cimera. Et qui comedit cimera debet ... cum amigdalis et distemperare cum aceto in estate et hyeme cum optimo vino. Possunt etiam carnibus porcinis frigide comedi in estate cum aceto et petrosilino de principio ... Ad autem predicte carnibus pastillate et specialiter porcine et bovine de hyeme quidam apponunt piper album cum pulvere specierum forte et cum agresta. Et de estate cum pulvere specierum dulci de pauca quantitate sine pipere cum ... et casio butiroso vel possunt apponi piper ... et de parva quantitate. Ad autem pastillatura fit ex carnibus subtilioribus non apponitur piper sed de estate lac amigdalarum cum agresta et pauco ~~quantitate~~ specierum dulcium pulvere. Et in estate potest apponi cum ... cum agresta sed de hyeme loco agreste apponatur vinum cum pluribus de speciebus ... autem

cuniculorum et pullorum juvenum conveniens sapor est salsa
camelina in qua bass[illegible] et cynamomum et panis mica cum
agresta quod in estate et cum vino in hyeme. Assature
porci sapor conveniens est ligneus defendens cum quassatis
cum optimo vino et acris in hyeme et in estate viride
salsa supra nominata. Et potest sufficere sinapum in hy-
eme vel cruta modo predicto preparata in estate assa-
ture ante predictum fasianorum et columbarum et turturum
nullo alio sapore indigent nisi sale. Caponum autem
et gallinarum elixatarum conveniens est sapor aqua decoc-
tionis eorum cum aliquantulo pulveris specierum dulcium pro-
pter si in predicta decoctione addatur salvia ysopus petro-
selinum et hoc in hyeme et in estate sufficit sola aqua
cum aliquantulo croci addito sine simitatem vitellis ovorum
ponum et gallinarum pinguium assatarum sapor nichil
penitus est apponendum nisi aliquantulum pulveris specierum cum
sine agresta supradicta in estate. Et optimum vinum in
hyeme. Sapor eorum conveniens in assatura in hyeme
alba alliata decoctione bullita cum decoctione eorum sunt
vel potest sufficere vinum cum eis quassatum cum aliquantulo
pulveris specierum laudabilium et specialiter vinum dulce. In es-
tate sit vinum debile vel agresta et cum apponatur de
pulvere specierum assature anserum anatum et similium in
aquis degentium sapor est piperata nigra bullita in
hyeme quida sunt aceto et agresta cum vino. In esta-
te cum vino et agresta cum pauciori pipere quam in hyeme

De saporibus et condimentis piscium

De piscibus autem sciendum est generaliter quod quanto sunt grossi-
ores rarioris et difficilioris digestionis et plurimi
superfluitatis humiditatis nature tanto indigent saporibus
calidioribus et acrioribus quam hoc est verum non solum in piscibus

sed in carnibus unde sequitur quod pisces bestiales et spe-
cialiter porcus marinus sive assatus sive elixatus indiget
salsa forciori et acuciori et calidiori sapor de piperata nigra
bullita et alleata alba bullita Et quanto pisces ma-
ioris et dulcis aque magis appropinquant ad predictos
pisces tanto magis indigent saporibus similibus An-
guilla ante et murena et lampreda requirunt quod sa-
pore galentina que fortibus speciebus cum pipere calido
conveniunt tam magnorum dominorum Anguille ante et
murene modice comedendum in assatura et tunc sapor con-
veniens de salsa viridi cum fortibus speciebus et vino de
hyeme et cum debilibus speciebus et agresta et aceto
in estate Et similiter intelligitur de congro Sapor ante
salmonum elixatorum de piperata nigra forti bullita
in hyeme et debilis in estate sicut de porco marino
superius dictum est Merlingorum elixatorum vel assato-
rum vel frixorum sapor de sinapim dulce vel crua si-
ve unus destempta Rogetorum et gornatorum sapor cum
elixantur de salsa cameliua In hyeme quidem acucior et
cum vino In estate quidem obtusis speciebus et agresta
Assatorum vero et frixorum sapor de salsa de viridi sic
parius nominata In hyeme quidem acuta speciebus et cum
vino In estate vero obtusa speciebus et cum agresta et
aceto vel assatorum salsa conveniens et apud gallicos
usitata de vino et quo destemperatur de zinzibere albo
bullitum et super assaturam proiectum et hoc in hyeme
et in estate fit idem cum agresta et pauco zinzibere
Frixorum piscium parvorum aque dulcis sapor conveniens
de salsa viridi sed elixatorum in aqua sapor conveniens
de sinapim vel crua vel cepe albo decoctum cum custe
bremus elixatus vel barbellus similiter quod salsa requirit

salsam vitande sicut iam notavi. Et sicut sit si fuerit
vel assint vel vinum vel agresta in quibus distemperatum
sit zinziber album bullitum et sic assatura proiectum.
Cameline sapor est acetum simplex de estate et in hyeme
vinum vel acetum cum pulvere gariofilorum specierum. Ostrearum
autem sapor si fuerint est agresta simplex de estate et
cum pulvere gariofilorum specierum in hyeme. preterea est et
ex hiis fieri potagium vel ferculum crocetum vel album
cum amigdalis. hec ergo sufficiant de saporibus

Capitulum xxxi de potibus naturalibus et artificialibus

Postquam determinavimus de cibis in speciali consequenter est
determinandum de potibus. Unde est ergo quod quidam est
potus qui est medicina pure quidam est potus pure
et quidam est potus et medicina simul. potus autem
pure medicina est sicut sirupus digestivus vel laxa
tivus vel nectar sive claretum et forte vinum conditum
quod datur in fine cibi ad roborandum virtutem diges
tivam in stomacho solum. potus autem qui est potus et
medicina simul est ubi quia sirupus violatum rosatum
vel nenufare qui de estate exhibetur ad sitim refrige
randam et ad mala distemperata acutata removenda.
Potus autem pure potus est qui datur ad cibi dela
tionem vel sumptionem vel estuationem vel sitim a cibo
inducte removendam sicut sicut iam nimium diximus
in capitulo de comestione et bibitione in generali. Potus autem
pure potus est duplex naturalis et artificialis. Naturalis
est duplex scilicet vinum et aqua. Isti potus sunt usi
apud nos et sunt potus de hiis sapientes latini ara
bes et greci fecerunt mentionem. Sunt alique gentes utuntur
lacte loco potus et aliqui oleo et aliqui sirupis quibus
in sanitate reguntur sed quia hoc non est consuetum apud
nos et puto quod non est artificialis de hiis potibus
nulla faciam mentionem. potus autem artificialis est quod

apud quosdam nota sunt. In usu sunt hij: cervisia vel ex
ordeo vel ex avena, pomorum, cerasorum, borethum sive
mellicratum. Et quia de aqua sufficienter dictum est in 2°
capitulo 2e partis huius operis, de ipsa ad presens nichil pe-
nitus est dicendum. Sed de vino de quo superius in tractatu
de comestione et bibitione dictum est in generali, dicendum quod quamvis
in sanitate existentibus aqua sit convenientior potus
quam vinum, tamen considerata ... vinum est potus qui
convenientior est regimini sanitatis quam aqua. Nam dato quod
in sanitate repressione eius est appetitus frigidi et humidi
aqua utiliter melior sit quia frigida et humida naturaliter,
tamen in cibi consumptione et eius delatione ad partes
corporis exteriores vinum prevalet aque. Nam vinum ratione
sue subtilitatis in substantia et caloris facilius cibos consum-
it, et specialiter quia natura magis delectatur in
eo, ideo citius attrahit ipsum quam alios cibos consumit.
Et specialiter quia hec consumptio fit per viam cuiusdam ebul-
licionis quam vinum magis iuvat ratione virtualis
caliditatis et aqua impedit ratione frigiditatis. Et sic
patet quod vinum prevalet aque in ciborum consumptione.
Et simili modo prevalet in eorum delatione. Nam vinum
est optimum penetrator quod ei debetur ratione subtilitatis
sue substantie et ratione sue caliditatis virtualis. Talia enim
sunt multum penetrativa et per consequens vinum est magis
delativum quam aqua, in qua non est virtualis caliditas nec
substantie tenuitas et acuitas. Unde aqua ...
secundo impedit ... sicut memini me superius
dixisse in capitulo 2° 2e partis huius operis, amplius motus alimenti
ad membra est a virtute attractiva. Et quia membra
magis diligunt vinum quam aquam, plus iuvabit ad
delationem alimenti ad membra quam aqua. Amplius aqua
ex alio non est potus ita conveniens ut vinum, quia aqua ...
dit alimentum ... eo quod non nutrit ... corporis consumpta.

ra e v quod mutet alterum lique vinum intraverit Unde quanto
citius est magis aquaticum tanto est vinum mitius Bonum est
igitur quod vinum commisceatur cum cibo quod non solum ad expedi-
tionem digestionis multum iuvat quia vinum est maxime
nutritivum et maxime restaurativum et velociter nutrit
Amplius vinum confortat calorem naturalem et spiritus et
totius corporis calefacit que multum faciunt ad digestionem
et aqua econtra sua frigiditate debilitat et mortificat
et omnes has operationes destruit unde non potest perdi
in operationibus nature posse unde communiter videmus videre
aliquem debilis nisi forsitan propter acutos vel morbos Am-
plius vinum habet alias bonitates quas non habet aqua
Est enim bonus penetrator in toto corpore et flegma grossa
incidit et dissolvit ipsum et colera rubea in urina et
sudore extrahit et colera nigra calefaciunt et faciunt
corpore et sanitates [illegible] nutrimentum et materias coagula-
tas dissolvit Amplius ingenium clarificat ira corporis
et tristicia removet gaudium inducit liberalitatem nutrit
et dilectionis [illegible] avaritiam causat avaritiam fu-
gat liberalitatem inducit Et ut sic ad unum dicam
vinum reddit hominem virilem et secundum animam et secundum corpus
et aqua femineum unde videmus parentibus non bibentibus vinum
sunt effeminati [illegible] bibentium vinum unde concluditur est quod
quando non bibitur vinum primo et postea consuetus bibere vinum
melior secundum animam et secundum corpus efficitur et ideo cum
potus vini ad sanitatem regimine convenientior est quam po-
tus aque Ideo non approbo potum aque simpliciter in
sanitatis regimine habet bonas proprietates vinum habet
debito modo exhibitum Et si indebite exhibeatur
usque ad ebrietatem rationem naturalis anime et homine
extinguit et virtutem bestialem irrationalem inducit
Concupiscibilem et irascibilem roborat et rationem debi-
litatam reddit et sic remanet corpus sicut navis [illegible] ma-
re sine gubernatore propter quod fiunt omnia non est faciendum

et laudat quod vino est laudandum et modum facit legem pessime in ira et superflua superbia et finaliter facit ex ira pessima puta adulterium et turpissima homicidia Amplius indebite sumptum cerebrum et nervos innuabiles ledit et paralisim et stuporem et cetera ac huiusmodi tales egritudines inducit Et ut sit ad unum dicere cito talibus membris et similiter tenuis est et talibus melius esset quod biberet aquam quam vinum Ut igitur non cadat error ex vino administrator tunc debite administrari tot sunt juvamenta et indebite sunt incura nocumenta ponende sunt regule que observande sunt circa vinum Prima regula est quod vinum stomacho jeiuno et corpore famelico non est bibendum facit enim cadere in spasmum et multe lesionem et alienationem Et si aliquem contingat sitire jejuno stomacho sitiat haut sitim non esse vera in natura tunc Nam sitis vera et naturalis est propter consumationem facta a cibo passim mixto quod est expositio esse non potest In tali igitur siti non est bibendum vinum nisi simul aliquid comedat. Potest tamen ad sedationem sitis bibi julep aut aliquis siruput aquatus vel zuccarum resolutum in aqua Stomacho enim jejuno non bibat vinum Secunda Regula est quod inter duas comestiones sumpto cibo ad huc in stomacho non digesto vinum non est bibendum Tum quia digestionem interrupit Tum quia facit indigestum cibum de stomacho descendere Tercia regula est quod post forte exercicium non est bibendum vinum Nam hoc multum ledit nervos et cerebrum Quarta regula observanda de vino est quod vina inmixta cum aqua pauca citius inebriant et ad cerebrum et nervos citius penetrant et specialiter si sunt vina grossa Quinta regula est quod malis cibis et sensibus commiscetur et digestum

in stomacho non debet bibi bonum vinum et subtile eo quod
faceret maliciam ciborum ad membra cicius penetrare
et hoc est verum in quantitate notabili sed si bibat in quan
titate parva ad inducionem complexionis corriget mali
ciam ciborum malorum et digestionem confortabit Sex
ta regula est quod si in eadem mensa vinum forte bibatur
et debile incipiendum est a debili et ultimo forte est
bibendum Nam digestio in orificio stomachi est debilis
ergo que vino forti confortabitur Amplius vinum forte cum
maiori delectatione recipitur et sic stomachus totum ci
bum perfectius amplectitur et ob stomachi perfectionem clau
ditur Amplius si vinum forte reciperetur ante debitam(?)
dum esset ne racione subtilitatis et actionis ante perfec
tam digestionem descenderet de stomacho et reliquum
cibum indigestum secum traheret Et specialiter quia
cetera membra diligunt vinum forte plusquam debile
et sic cicius traheret quam esset oportunum Septima
regula est quod vinum quod bibitur ad cibi permixtionem debet
recipi simul cum cibo nec debet expectari sitis sed
vinum quod bibitur ad sitim inducere a cibo exterminatam(?)
debet sumi in fine termino comestionis et plus vel
minus secundum quod ~~plus~~ minor vel ~~magis~~ minor est sitis sed vinum quod est
potus dilatus sumi debet completa prima digestione
et parum ante horam suscipiendi alium cibum sequentem
Et talis potus specialiter competit cum cibaria primo
sumpta fuerint grossa in substantia et acuta Nec debet
expectari sitis ad talem potum suscipiendum Nam talis
potus preparat stomachum ad suscipiendum sequentem cibum
et iuvat transitum cibi ad epar Nec debet talis po
tus esse magne quantitatis ut cito possit digeri non enim
ymaginandum est quod ante digestionem vapores in stomacho

transeat ad epar sed si talis potus dilatatus esset aqua
non oporteret expectare eius digestionem ante penetratio
nem ad epar. Octava regula est quod quanto cibus est
grossior et fortior et frigidior potus permixtus et dila
tatus debet esse maior et econverso quanto cibus est validi
or subtilior et humidior potus permixtus et delatus
debet esse minor. Et specialiter quando cibus est grossior et
humidior frigidior et digestioni inobedientior tanto
vinum permixtum et dilatatum debet esse fortius et subtilius
Et quanto cibus est calidior et subtilior et digestibi
lior tanto potus debet esse debilior. Unde fortius
vinum bibendum est cum carnibus bovinis quam pullinis et for
tius bibendum est cum piscibus quam cum carnibus regulariter
Nona regula est quod quando aliquis est valde sitibundus tunc
vinum eius debet esse subtilius et debilius et colore re
missius. Et quando aliquis est minus sitibundus eius vinum
potest esse fortius et rubicundius. Vina enim fortia non
convenientia sunt ad extinguendum sitim. Decima re
gula est quod pueri et infantes non debent bibere vinum
nisi parvum et valde debile et aquatum. Senibus autem
competit vinum forte et odoriferum et saporosum. Unde pueris
dare vinum et specialiter forte est ignem addere igni. Et
est alia ratio. Nam pueri habent nervos debiles et cere
brum valde passibile et debile. Unde cito ledetur
a vino. Etiam vinum non est bene proportionabile
complexioni eorum ratione siccitatis. Sunt enim
pueri valde humidi, nec conveniunt fortia ciba
ad digerendum et cum hoc habent digestivam fortem et
frequentem multitudinem et sic pueris et nondum natis
nullo modo vinum est exhibendum nisi valde parvum

et sic ad somnum paulatim assuescat Et quanto magis
procedunt in tempore tanto magis et stomachus potentior est ma-
teriam ... vinum et specialiter cum comedunt cibaria grossa
et ad digerendum difficilia et ad membra difficulter
transeuntia et in eis colera multiplicatur quia vinum
expellit cum sudoribus et urina Secunda regula est
quod habentes cerebrum debile naturaliter sive accidentaliter
non bibat forte vinum odoriferum et in quantitate
notabili sed vinum debile et aquaticum Et similiter
habentes epar calidum et stomachum abstineat a vinis for-
tibus et calidis Et similiter habitantes in regione cali-
da Similiter qui sunt complexionis calide ex complexi-
one totali unde indigent vinis fortibus calidis et subti-
libus et econtrario est de hiis qui sunt frigide complexionis
et habitant regionem frigidam Tercia regula est
quod vina aquatica valde evitanda sunt via potus Ma-
gis enim sunt medicinalia quam potabilia Et vina no-
va sunt ad hunc indigesta et grossa et ventosa et
opilativa et dissinteria inducunt Sed vina mediocris
etatis non defecata sunt magis ceteris eligenda
Quarta regula est quod debemus vino semel vel bis
in mense repleri in regimine sanitatis et hoc assignat
Avicenna propter sui utilitatem ex quo incitantur quia
(sic) ... animales et fortificatur naturales cum ... sequitur
sudor urina vel vomitus ex quibus superfluitates a
corpore resolvuntur et remanet corpus mundum hanc tamen
regulam non approbo nisi in hiis qui utuntur malo re-
gimine In utentibus bono regimine hec regula non est assig-
nanda Et circa hanc regulam considerandum est quod debemus
non sic forte unde nocumentum in cerebro sic notabile
Nam talis debemus plus debilitat sensitivos animalis

et quibus stomachus confortatur calefit debet interdum
et debilibus quem solum durat et sollicitudinem penitus
amoveat fortius cum debuari vituperabile est moribus
et natura. Decimanona regula est quod si bibatur
vinum non solum in calore potius sed ad corporis nutri-
tionem et restaurationem et impinguationem sicut
contingit in macilentis naturaliter vel accidenta-
liter competunt vina dulcia et grossa sufficienter
colorata. Talia enim vina sunt sufficienter nutritiva
et deperditi restaurativa et corporis impinguativa
unde convenientiora sunt ad impinguandum corpora macra.
Et per oppositum si intendamus non nutritionem nec deperdi-
torum restaurationem nec impinguationem sed magis cor-
ruptionem macilentiam et desiccationem ut contingit
in hiis qui sunt multum carnosi et pingues tunc
vina subtilia in substantia et acuta non dulcia sed sapore
acuta modicum colorata sunt eligenda. Et similiter
aperitiva si sint venarum subtilium et strictarum. In ha-
bentibus enim venas strictas dubitandum est exhibere
vina grossa que sunt opilativa. Unde si quis esset
macilentus et in hoc haberet venas strictas non
esset securum ei exhibere vina dulcia grossa et
rubra. Vicesima regula est quod si vinum detur
propter cibi digestionem vel delationem tunc vina
subtilia non dulcia sed sapore amicabilia odorife-
ra non austera nec potius colore mediocria ad al-
bedinem aliqualiter declinantia sufficienter fortia eli-
genda sunt. Talia enim vina bene sunt ciborum
digestibilia et sufficienter penetrativa ex digestionem
non impedientia et stomachum ad digestionem cibi magis
confortantia. Ex talibus potius cibi debet esse penetrativus et
delativus. Si autem detur vinum ad sitis extinctionem

tunc vinum album subtile debile natura aque propin-
quum est eligibilius. Tale enim vinum magis humectat
et infrigidat et per consequens melius extinguit sitim
Et quanto sitis est maior tanto tale vinum est convenientius
Et in isto casu secundum sententiam commixtionis eligibilius est dare
vinum album aquosum et subtile quando est vinum bibitum
ad cibi permixtionem et sitis sedationem Et si utrumque
vinum bibitum ad unam intentionem tunc semper deprimendum
est a debili vel in isto casu sequens dictum est Decima
sexta regula est quod si vinum detur ad stomachi confortationem
et reparationem et virtutis confortationem tunc debet
dari vinum subtile odoriferum saporis delectabilis
mediocris coloris sufficientis fortitudinis Et tale vinum
debet sumi cum primo cibo Et debet esse depuratum
ab utraque superfluitate et debet sumi in pauca quan-
titate Decimaseptima regula est quod si exhibeatur
vinum ad stomachum et viscerum retentive fortificationem
eligimus vinum grossum ponticum nigrum vel rubeum
sicut contingit de habentibus fluxum ventris propter debi-
litatem retentive stomachi Sed si intendamus confor-
tationem digestive stomachi recipitur vinum subtile et
mediocre in substantia et colore boni odoris et convenientis
saporis et sufficientis vigoris et aliqualis stipticitatis
Decimaoctava regula est quod vina alba sunt debiliora
et magis aquosa deinde nigra frigidiora ex ratione
terrestreitatis et non aquositatis rubea et rufa sunt
calidiora ceteris Et hoc est verum comparando vina eius-
dem territorii adinvicem et non aliter Unde vina rubea
et rufa gallicana non sunt ita fortia sicut sunt multa
vina alba que reperiuntur sicut considerandi est manifestum
debet igitur fieri comparatio inter vina eiusdem nationis

et sicut eciam vnde videmus quod vinum primitus est subtile
album et in tercio processu cum desiccatur et perficitur efficitur
vinum album Et vinum quod in principio est vinum rubeum in
tercio processu efficitur magis rubeum Et hoc est pro
manifesto signo quod albedo et nigredo attestantur veri
caliditati vini et rubedo et ruffedo minori De
vndecima regula quod si vinum factum debile per admix
tionem aque laudabilius eligibilius est quam naturaliter
debile supposito vtrorumque gradu debilitatis in vtroque
Et specialiter quando debilitas vini est valde magna sicut
est debilitas vinorum gallicorum Nam vina sic natu
raliter debilia multum sunt corruptibilia et putre
factibilia Sed vina debilia per admixtionem aque
non sunt putrefactibilia sicut manifeste possumus experiri
Nam si dimittatur vinum gallicanum in vitro per noctem in
mane sentietur sapor corruptionis et apparebit color
corruptionis sed non sic erit de vino debilitato per aque
admixtionem Sed si vinum est forte non est tanta debilitas
naturalis sicut per aque admixtionem tunc est eligi
bilius est vinum debile naturaliter quia natura
magis laborat in digerendo quod est contra homo
generando Et vinum debilitatum per aquam est huiusmodi res
pectu vini debilis naturaliter Et hec regula
sumitur ante super dixisse in capitulo de comestione et
bibitione in generali Vicesima regula consideranda
est quod cum vinis fortibus subtilibus et fumosis bonum est
quod admisceatur aqua que sufficit ad repressionem fu
mositatis vini que tamen non faciat sequi vini
ad cerebrum velocem penetracionem Vnde tanta quan
titas aque sufficit ad repressionem fumositatis vini
que tamen non sufficiat sotilitatem substancie vini

et faciliter penetrant. Raro enim penetratio con
tingit inebriatio. Sic igitur apposito paucissime aque con
pedit fumationem ad caput. Raro enim potest contingere
capitis gravamen et dolor et nichil iuvat ad pene
trationem substantie vini ad cerebrum et minus raro
enim posset contingere inebriatio. Sed maior quantitas
addita iuvabit ad vini penetrationem ad minus et
specialiter si vinum sit grossum et forte et non perdit vini
fortitudinem quin possit inebriare. Et si plus apponatur
de aqua virtus vini totaliter destruitur sic quod debitam
non potest. Sic igitur apparet quod in omnibus vinis specialiter
fortibus et fumosis nisi indigeamus fortitudine vini sive
fumositate aliquid ponatur de aqua unde etiam potest
sustineri quod congrua quantitas aque apposito iuvat sibi
vini penetrationem. Unde si bibatur vinum in quantitate
moderata iuvaret ad inebriationem sed si bibatur in quan
titate moderata non inebriabit et non iuvabit ad
inebriationem et tamen faciet ad fumositatem vini capitis
medio. Bene cum stat simul substantiam vini esse ma
gis subtilem et raro illius magis penetrativa esse
indebite simpliciter magis inebriativa et tamen eadem stat
esse minus fumosa. Nam fumositas plus debetur vaporosa
qualitati que repressa est per admixtionem aque parum facit
inebriatio et debetur raro sibi inherenti substantia
cerebri et memorie enim penetratione iuvat admix
tio aque modice. Et in hoc est materia subtilis con
sideranda. Vicesima prima regula est quod si intendamus po
toribus et pulmonibus humidificationem et ventris laxatio
nem tunc vina mediocris sive sapore dulcia sunt magis
eligibilia et specialiter si non dubitemus opilationem vie
Vicesima secunda regula considerata est quod vinum eligibilius

et melius in sanitate regimine est vinum medium inter eum
et inter vetustatem et novitatem / clarum ad rubedinem
trahens bonum habens odorem et equalem saporem quod nec
acre nec acutum nec dulce nec fumosum nec grossum
nec valde subtile sed ad subtilitatem declinans sit quod
etiam inter fortitudinem et debilitatem obtineat medioc
ritatem quod est non crescit in saxosis et lapidosis monti
bus Nec in terra simplici plana et arabili sed terra
montuosa stara a sole versus meridiem disposita quod
etiam crescit in regione non nimis calida nec nimis
frigida Et ex hiis concludi potest quod vina rifina nec
greca nec garnacina conveniunt in sanitatis regimine
vina potius nec vina galliciana et eis similia sed ita
lica vina sicut sunt vina de belna et barzelitiro
et de sancto georgiano licet enim vina sint conveniencia
via potius in regimine sanitatis considerate eorum
coloribus substanciis odoribus saporibus et locis ubi
creverint et considerate eorum effectibus quos homines
in scriptis jam dudum experti sunt Vicesima tercia
regula est quod homines qui bibunt multo vino vel ex
natura vel ex consuetudine vel ex quacumque alia
racione non debent uti multo cibo vinum enim est cibus
et potus unde videmus potatores tabernas coti
die frequentes respectu aliorum hominum parum vivunt
quomodo enim natura potest digerere multum cibum et
multum potum pro certo male Et bonum quod talis
qui vult repleri vino in sinus cibis quibusdam diu
retice utatur ut vinum citius transeat de stomacho
et non accidat replecio nausbatma que sepe
dat provocare vomitus et ydro vel bibat aquam
stomachus item deinde lavet os suum aceto Q

mole vel dentes et gingive propter vomitum rema
neant infecte et fiat in aqua frigida vel aqua
rosarum vel rore piperum amplius volens repleri vino
non commedat cum dulci sed unctuosa puta micas
panis unctuosas et carnes pinguedine mixtas
et post cibum cum bibere voluerit amigdalis utatur
et capparibus amplius caulibus cocte cum carne
et olive preparate et condite in sale cum sic commede
rint vel vino repleri possunt sine lesione Est vero
omne quod vaporem vini alternat valet ad idem sicut
semine caulium eruca sicca calamentum ameos et similia
Amplius sciendum quod cibaria grossa comedentibus cum visco
sitas conglutinatio et dulcedo ebrietatem impedit
quia tarde penetrat et sic impedit transitum
vini et eius vaporem ingrossat quoniam sunt ciba
ria in quibus non potest recipi vinum sine lesione
quoniam est nausiativa repletio Cibaria igitur subti
lia et unctuosa non dulcia sunt in quibus sine
repletione nausiativa et stomachi gravamine plus
vel homo repleri vino vel cibaria grossa dul
cia et viscosa sunt in quibus potest plus recipi de
vino sine ebrietate non tamen sine gravamine stomachi
et repletione nausiativa Cum igitur homo velit bibere
multum vinum et dubitet ebrietatem vel propter ce
rebri debilitatem vel propter vini fortitudinem
vel propter humorum plenitudinem vel cibi parvi
tatem tunc talibus cibis grossis dulcibus glutti
nosis et viscosis utatur maxime necessitatis
et non pinguibus subtilibus et unctuosis Si vero
non dubitet ebrietatem et velit multum bibere res
pectu cibi et dubitet repletionem nausiativam

et stomachi gravedine tunc cibus grossi subtilis
ventuositatis magnum necessarium Est breviter hic
nondum quod amigdale spalie amare cinnamum sal
mey caulind/ sal naptinus amcob in fenno sufta
in aqua frigida deponit ebrietatem Et potus aque
frigide cum aceto vel cum vino granatorum pariter
cum exhibitus ebrietatem removet Et similiter odor
florum camphore et sandalorum Ex quibus ut sumus
ex regimine sanitatis ad propositum redeamus Circa
tertia regula est de vinis artificiatis que apud
aliquos homines sunt in usu puta vinum salmatum emu
latum et rosatum De huius igitur sciendum quod cum sa
piat naturam medicinalem non competunt in regimine
sanitatis nisi in parva quantitate vinum igitur salma
tum aliquis bibere potest in hyeme in parva quan
titate Nam vinum a salma acquirit quandam calidita
tem et stipticitatem et aromaticitatem ratione quorum
quidem potest sumi in hyeme ad stomachi calefac
tionem et cerebri et cordis et memorie et ratione
earum stipticitatis et aromaticitatis confortationem
Sed multum ex eo sumptum non est conveniens nec
ad sui extimationem quia salma calida est et sicca
in tertio Nec ad cibi delationem et corruptionem
quia totum cibum ad nimiam siccitatem et calidita
tem faciat declinare Cum enim vinum de se
sit calidum et siccum et salma sit multum calida
et sicca totum aggregatum declinabit ad siccitatem
et caliditatem quod non est bonum in sanitate re
gimine Amplius si bibatur vinum salmatum in ma
gna quantitate quia vinum a salma acquirit quan
dam diureticitatem et fortem subtilitatem in tantum quod

imo de cortice producit uina et pinestona vel ea
descendendi cibum a stomacho ante completam digestionem
perfectam et causa transitus tribuit vim ad recedendum et
nervos ante digestionem cibis in stomacho et quare
salviatum igitur vinum in magna quantitate multo
est bibendum et hunc habet nervos debiles solum ideo in
parva quantitate quia in magna quantitate plus
lederet quam vinum simplex. Est ante horam coqui de
tale vinum bibere ante aliud cibum quod forte ex
hoc fit quia salvia habet virtutem incitandi ap-
petitum. Et sic vinum salviatum primo sumptum excita-
bit appetitum ad cibum qui sumi debet amplius
vinum salviatum multum confortat nervos totius cor-
poris quod melius ex eo fiet si sumatur a principio
quam in fine amplius vinum quod recipitur a principio
debet sumi ad cibi corruptionem vel sitis extinc-
tionem propter quorum nullum debet bibi vinum salvia-
tum. Nam quantitas que ex eo bibi debet debet esse
minor quam opus ad predicta. Sed tamen post omnem cibum
parum sumere ex eo cum mebula vel pane tosto ad
occasionem stomachi roborandum et digestionem in eo
confortandam forte esset laudabilius quam sumere claretum
vel alia vina acuta valde vel alia que multum
sunt fumosa et capitis repletiva. Item autem conside-
randum est quod vinum salviatum fiat ex salvia que
in loco creverit ubi serpentes non fuerint multi et
communiter habitant cum consueverint serpentes morari
ubi crescit salvia quare ubi salvia sit apponatur
ruta quia serpentes fugiunt rutam. Ideo igitur accipiatur
salvia nisi in loco ubi magna copia fuerit rute
vinum autem rosatum in estate est conveniens propter
temporis fervorem et complexionem calidam et habent[ibus]

bystera calida et in hiis qui dispositi sunt ad fe-
bres vomitu colerico sed sanitatis regimine vinum
simplex est magis conveniens. Cimatum autem plures bi-
bunt tale vinum propter voluptatem quam propter necessi-
tatem. Vinum autem cimatum multum confortat cor et me-
bra adiuvancia. Juvatur autem cor debile et stomachus
et specialiter propter frigiditatem et humiditatem. Vide-
tur vino cimato in parva quantitate sicut dictum est de
vino salviato. Et sunt dubio de multis cimatum est
convenientius quam salviatum. Et hec sufficiant de regimine vini

De cervisia et aliis potibus

D e cervisia autem consequenter est determinandum et de
aliis potibus puta bochieto et pomacio et mo-
rasceto et similibus. Si qui sunt alii, bibunt enim quidam
qui propter penuriam vini utuntur predictis potibus.
Non tamen sunt potus adeo convenientes in sanitatis
custodia sicut vinum. Dicendum igitur quod cervisia potest fie-
ri ex avena et ordeo et ex frumento. Et sicut
quod fit ex alio et alio grano est alterius et alterius
complexionis. Omnis tamen cervisia de quolibet gra-
no facta grossior est quam vinum et multum difficilis
ad digerendum. Opilationes in visceribus facit et maxi-
me renum et vene. Inflationem et ventositatem generat
et capitis dolorem inducit. Et in diu flegmati-
bus et appetitum deicit sed bene urinam et quod multum
nutrit et corporis impinguat si bene digeratur.
Cum autem conficitur ex rebus inebriantibus puta
ex grano quod nominatur lolium pessima est et in-
currit dolorem capitis maximum generans et nervos
ledens discrasia in se grani dignitate.
Illa que fit ex ordeo plus attinet frigiditati et que
fit ex frumento plus attinet caliditati. Amplius quod

fit ex ordeo et avena, minus opilat et minus generat vento
sitates et minus inflat. Et que fit ex frumento magis in
flat et magis opilat. Et quanto cervisia est grossior tanto
deterior et quanto subtilior et clarior tanto melior
Alii autem sunt potus artificiales qui fiunt cum melle
qui sunt calidi et sicci et melius opilationem renum
aperiunt et splenis et generant multas inflationes cum maxime
quando est quantitas in eis magna mellis. Et maxime
quando mel non est coctum sufficienter et bonitate careat
In colericis igitur non competit talis potus contra
tamen si epar et splen fuerint opilata. Sed talis potus
convenit et habentibus complexionem frigidam maxime
si habeat in intestinis et stomacho multum flegma
quia bibitus sua mordicatione et abstersione incidit et
mundat et ventositatem evacuat. Unde in hiis solet valere
Et hec memini me expertum in me multis vicibus
Cervisia autem et pomacium sunt propinquiora na
ture vini quam cervisia. Et tamen quo ad regimen sanitatis
sunt convenientiora sicut patet considerantibus colore o
dore et substantia potionum. In quibus sunt
magis convenientia cum vino quam cervisia. Isti tamen potus
sunt minoris caliditatis aromaticitatis et confortationis
membrorum et medicinis quam vinum et ideo minus competunt
in sanitatis regimine. Unde hos potus et similes si qui
sunt ore possumus laudare sed corde et opere nos et
nostros dilectos vino optimo copulare

Capitulum xxxv de indumentis

c) [C]um a principio homines uti vestibus et indumentis de
bito modo et indebito et talis indumentorum
usus est necessarius in sanitatis regimine determinandum est
in isto capitulo de indumentis et vestibus quantum sufficit in
proposito. Vestes autem et indumenta vel sunt de lino

vel de bombace vel de serico vel de lana vel de pel-
libus Regule igitur observande in vestibus et indumentis
sunt hee Prima regula est quod vestes et indumenta sint
proprie membra corporis defendere a nocumento corporis
iuxta calore vel frigiditate plus tamen a frigidita-
te Tempore enim calido cum modum moderate membra
denegat cute admoveat et totum corpus plus debito
calefaciant Et similiter tempore frigido si quis sine ves-
tibus vel cum paucis incedat multum gravatur corpus
sicut considerantibus est manifestum Secunda regula considerandum
est quod tempore frigido homo non incedat sine vestibus
corporis defendentibus a frigore vehementi et similiter
in estate quod non incedat cum vestibus corporis plus de-
bito calefacientibus vel sine vestibus totaliter vel cum
ita paucis vestibus et subtilibus quod corporis a calo-
re vehementi parum minime defensione Est igitur dili-
genter notandum quod vestes et indumenta defensiva cor-
poris a frigiditate vehementi triplici Primo quia
quia prohibent applicationem frigiditatis vehementis ad cor-
pus quia frigiditas vehementis non attingit corpus imme-
diate sed mediantibus indumentis Secundo quia
humores et vapores calidos circa superficiem corporis re-
tinent et sic ibidem multiplicati calefaciunt corpus ex-
terius Tercio calefaciunt corpus non suo calore
essentiali et virtuali quia calor quodammodo de potentia
ad actum reducitur a calore et spiritu corporis non sicut piper
pulverizatum supra manum calefacit manum sua virtuali
caliditate que reducitur de potentia ad actum a ca-
liditate manus corporis Indumenta autem possunt ca-
lefacere sua actuali et formali caliditate verumtamen quando
vestes calefiunt ab igne et calide deinde induuntur
tamen caliditas actualis cito recedit et remanet

bis tualis et potencialis caliditas quodammodo reducta
a calore corporis nostri de potentia ad actum. Secunda
regula consideranda circa vestes et indumenta est quod quan-
to tempus est frigidius et ventosius et aer subtilior tanto
pluribus indigemus vestibus. Et specialiter qui corpus est rari-
tatis et passibile sicut in hac frigidorum complexionis.
In hyeme igitur ceteris paribus indumenta plura sunt
necessaria et de nocte quam in die et flante vento quam non flan-
te. Et tempore pluvioso quam sereno. Nam tempore sereno sol
est magis potens calefacere quam tempore pluvioso. Amplius
homines rare complexionis puta quorum corpus non est
densum sed multum porosum et quorum carnes non sunt dure
sed molles tales totaliter plus timent frigus et pluribus in-
digent vestibus. Similiter esse ceteris paribus flegmatici et fleu-
matici et melancolici pluribus vestibus indigent. Nam ta-
les magis leduntur a frigore sive causis et a contrario
et sic colerici et sanguinei paucioribus indigent vestimentis
quam flegmatici vel melancolici. Et tu dices colerici co-
lerici sunt rariores et per consequens passibiliores et sic indi-
gent pluribus vestibus quam melancolici quorum compositio
est durior. Dicendum est ad hoc quod non est inconveniens aliquem
colericum quo ad membra exteriora esse compositionis durioris
et minus passibilis aliquo melancolico. Unde dato quod re-
gulariter compositio sequatur complexionem secundum ypocra-
[illegible] tamen contingit contrarium. Ex hoc igitur
stat simul quod aliquis sit colericus et non rarus et me-
lancolicus et non densus. Ceteris igitur paribus ex
parte complexionis regula compositionis posita est vera
scilicet in caliditate complexionis esse durioris compositionis
et in frigiditate complexionis esse raritatis compositionis.
Potest esse dici quod regula compositionis dicta hic simpliciter
tenet nisi supposita eadem complexione vel quod non sit re-

pugnancia est ex parte complexionis sed respectu corporis pro-
simpliciter tenenda est Plus enim facit caliditas complexionis
ad hoc ut aliquis minus indigeat calefactivis quam rari-
tas complexionis ad hoc quod ledatur ab infrigidativis
Unum enim contingit in racione actum resistencie puta ca-
liditas complexionis caliditatis et aliud in passum racione puta
complexionis raritatis aut densitatis Tercia regula
est quod homines qui plus exercitantur ceteris paribus pan-
niculis indigent indumentis Nam per exercitium calescunt
membra exteriora et superflue humiditates interiora
consumuntur Membra aliqualiter indurantur et compressi-
bilia efficiuntur In quiete autem membra exte-
riora sopita sunt et calor in eis Et ideo oportet
quod per indumenta confortentur et quodammodo de po-
tencia ad actum reducantur Quarta regula est quod
sedentes in studiis et qui vacant doctrinis commo-
rantur hic contingit quod se exponunt vehementi a-
frigido indigent pluribus vestibus tum quia plus le-
duntur a frigore quia remissi sunt in calore Sunt
enim ab assueto non fit passio sicut ab eo quod est extra
consuetudinem assueto corpora nostra maxime patiuntur ex hoc con-
tingit in proposito Tum quia eorum porositates sunt
aperte et rare et sic frigiditas recipitur Patet per-
fectionis et cionis subtilitatum et membra tota propter
hoc causam in omnibus frigoribus indigent hiis
pluribus cooperimentis propter hoc quod subito mutatur
ad frigus venit et pori inveniuntur aperti Quinta
regula est quod in sompno quis indiget pluribus cooperimen-
tis quam in vigilia Nam in sompno calor trahitur ad
interiora ad loca digestionis et membra exteriora re-
manent calore et spiritu denudata respectu vigilancium

cum sit apta nata sunt magis ledi a frigiditate continue
et membrum maxime frigidum maxime indiget coopertione
eo et hoc est cerebrum unde caput in sompno maxime est
cooperiendum Et specialiter quia in sompno calor naturalis recipitur ad
caput infrigidantes cum qui in cerebro continentur in
statum aquosum unde puto quod in sompno magis est caput coope-
riendum quam alia membra sed in vigilia magis cooperienda
sunt alia membra quia in vigilia multus calor et spiritus
mittitur ad cerebrum propter virtutes animales interiores
et exteriores quarum operationes vigent in eo et in vigi-
lia calidum est sufficiens sed in sompno caliditas eius est valde
fortis propter motum eius contrarium [illegible] partes ante-
spinales sed pectorales maxime debent cooperiri non
solum in sompno sed in vigilia Nam partes pectoris continue
sunt tuenda a frigore quia aer frigidus continue inspiratur
et expiratur et reuma continue descendit a cerebro ad
partes pectoris et pulmonis Secunda est in illis partibus magna
quantitas ossium que frigida sunt ut costale [illegible] cordis
caliditate propter predictas causas partes pectorales
sunt maxime cooperiende Extrema autem puta manus
pannoribus indigent cooperimentis et specialiter in vigilia quia
sunt quasi in motu continuo Sunt enim organa deputata
ad operationes transeuntes et ad hoc magis pannoribus
indigent cooperimentis Quod patet per hoc quod sunt in motu
continuo et eorum opus cooperimentis impeditur et sunt [illegible]
remotiores fonte caloris scilicet corde Et propterea manus sunt arte-
rie multe in quibus devenit pulsus fortis in quo signi-
ficatur calor fortis et magna influentia cordis unde quia
operationes manuum ad quas sunt deputate a natura
que sunt valde multe exigunt multo calore et spiritu ideo

ad easdem manus natura corporis repletiva mittit multum
calorem et spiritum et sic non indigent tot cooperimentis sicut alie
partes pedes etiam sunt in multo motu et operatione ad que
deputata sunt extera non patiuntur multis cooperimentis et sic
non indigent pluribus cooperimentis sed indigerent ad hoc
plus sed manus est a principio et cordis assuetum est et est ita
finalis hoc Et hec consuetudo iam reducta est in naturam Mem
bra ante faciei multis cooperimentis indiget vel paucis
nisi magna eminente necessitate Nam ad faciem natura
multum mittit calorem propter operationes sensuum que vigent
maxime in partibus faciei Cum ergo operationes cooperimentis
cordis ubi non possunt Sexta regula sumitur ex parte ha
bitudinis Nam habentes membra exteriora carnosa grossioribus
indigent cooperimentis habentibus ea denudata a carne
minus enim omnes tales ledunt a frigore quam denudata
a carne ceteris paribus Septima regula sumitur ex
parte indumentorum et vestium in quibus plurime diversitates
inveniuntur Quedam enim indumenta sunt magis calida quam
minus Alia vero mediocria Indumenta enim de pellibus cor
ut plurimum sunt aliis magis calefacientia Deinde indu
menta ex pannis laneis subtilibus et mollibus densis
spissioribus grossis Deinde indumenta de bombace et
deinde de serico Et ultimo indumenta linea omnibus
enim indumentis sunt minus calida Et de bombacinis et
sericis que minus ligata est et magis plicata est magis
calida vestis enim serica ligata multum est frigida et
similiter bombacina et similiter de vestibus laneis que magis
est subtilis et rara et ligata et non lenis sed aliqualiter
aspera est minus calida et que minus subtilis et satis densa et
lenis nullo modo ligata est talis utique lanea vestis calidior

... omnes Et de vestibus similiter dicendum quod quanto
subtilior rarior asperior sunt pilosa tanto sunt calida
Et per oppositum quanto grossior densior lenior minus pilosa
tanto calidior Et de pellibus similiter quod quanto pelles
habent pilum densiorem maiorem leniorem tanto calidiores
Et est notandum quod pelles diversificantur secundum diversitatem animalium
a quibus sumuntur Dicendum igitur quod considerata conditione
superdicta et animalium naturis pelles caprine et ovine
calidiores Et deinde pelles de grisio pelles autem
vulpine sunt multum calide et sicce et sic multum confor-
tant nervos unde multum competunt paraliticis et
arthreticis et valent omnibus passionibus nervorum frigo-
ris et illis qui sunt debilis complexionis et volunt corpus
corpora ... calefacere et desiccare pelles autem cuniculo-
rum et leporum sunt satis proportionabiles nec ... nec frig-
... desiccant unde puto quod in regimine sanitatis sunt maxime
... convenientes pelles de lupina considerata conditione
sunt eminentis satis calida Ista pellis est satis grossa
et habet pilos multos et densos et lenes et sufficien-
ter magnos et cum hoc est multa valde ...
naturae generativa et habet pilos fortis adhesionis
Unde tales pelles satis apud me commendande sunt
pelles autem omnes sunt calide et humide considerata
complexione animalis cuius sunt unde multum confortat
corpus et calorem naturalem et corpus impinguat unde
melancolicis et siccis et macilentis multum competunt
Item pelles sunt omnes multa ... et multorum precio-
... generativa ut reputo sit ad bonum dicatum ...
... secundum complexionem animalis cuius est ...

densi et spissi cum pilositate forti adhesionis et [illegible]te
pilositate plurimi calefaciunt et per oppositum si sit rara cu
tis et rara pilositate et pauca minus calefaciunt Et si habet
pilos asperos et duros desiccat et si graciles vel lenes
impinguat et humectat et hec est diversitas vestium in
omnibus indumentis Ex dictis igitur satis concludi potest
quod homines calide complexionis in temporibus calidis
regionis calide sufficiunt pingues et carnosi indigent
indumentis subtilioribus rarioris pauce pilositatis rare
et per oppositum frigide complexionis similiter in tempore et regi
one frigidis macilenti et rari indigent indumentis gros
sioribus multe pilositatis et densis amplius si quis
unus corpore desiccatione et macilentia vel supples
tatum ad membrorum restaurationem bonum est quod indumenta sint
dura aspera et non multum rara et specialiter indumenta
que ipsi cuti ponuntur unde volentes se macrifacere
et membrorum suorum supplementatis desiccare uti debent de
indumentis lineis asperioribus durioribus et grossioribus
et talia indumenta sepius mutare Et per oppositum quorum
membra sunt macilenta et parum supplementata volentes
impinguari debent uti indumentis lineis mollibus suffici
densis Ex dictis autem etiam potest quod quando indumen
ta sunt leniora et minus pilosa et magis lanata tanto
[illegible] immediatius carni Et quando asperiora et duriora
et minus frangibilia tanto indumenta longius a carne unde
vestes lanee et similes indumenta magis prope carnem
et vestes linee indumenta longius sed cum minus leditur
corpus et vestes melius conservantur

Capitulum [illegible] de volentibus [illegible]

in quibus sunt venerabiles viri qui bene volunt toti-
nent et tamen volunt vivere sani Ideo de multi-
tu coitu regimine intendo tum capitulum brevem imponere
Sciendum enim quod et si actus venereus sive coitus sit utilis
in sanitatis regimine non est tamen necessarius unde ali-
qui sapientum qui fuerunt locuti de sanitatis regimine
de coitu nullam penitus fecerunt mentionem Multi
enim sunt qui vivunt sani sine coitu sicut alii cum
coitu Non est igitur coitus necessarius quoad sani-
tatis conservationem individui sicut quo ad conservationem
speciei naturaliter sit possibile est igitur hominem vivere sanum
sine coitu sicut patet in multis virginibus presbiteris et pueris
Ideo ponende sunt hic regule quibus homo potest
se a coitu preservare et continue vivere Prima regula
sumitur ex parte consuetudinis Sciendum est quod desue-
scere actum est de hiis que maxime reddunt hominem
continentem Sicut enim mulieres nutrices que desuescunt
sunt lactare non generant lac in earum mamillis et
pueros nutrire non possunt sic etiam membra generativa
cum desuescunt coitum et formatis emissionem sperma-
tis non multiplicatur nec fermentatur et per quis ad coi-
tum nulla stimulatione est sic continentia de levi efficitur
Est diligenter notandum quod si quis fuerit consuetus ad
actum coeundi longo tempore non est securum hanc consue-
tudinem subito relinquere sed paulatim Nam subito
mutare consuetudinem est res periculosa in sanitatis
regimine Consuetudo igitur paulatim est mutanda Et hoc
fieri potest si quis volens mutare consuetudinem coitus
tardius quam consuevit et cum iuvenibus mulieribus et cum
vetulis et cum meretricibus et vilibus cum mulieribus
quarum actus et affectus sunt horribiles et specialiter in
actu coeundi ymaginari debet actus turpitudinis et quod

vero actu vario obstrubit et ...
adequatur et quod ex hoc actu multus actus ...
nec homo habitus in rebus augmentatur cum in hoc
ratio nichil iudicat nec de bono nec de malo immo
eius iudicium totaliter annullat et specialiter quod ex hoc
actu homo distrahitur a multis operibus virtuosis quae
nullus faciat cum scriptum sapientis. Omnibus hiis
itaque consideratis et saepe homo levius et facilius
continebit. Amplius scias quod venationes cum aliorum
spectat et tristitie generationes et dignitates assumpte
sunt ex hiis quae iuvat hominem continere et super
omnia similiter scriptis et studiis vacare et specialiter morali
libris insudare cum bellorum actibus insistere hec omnia
iuvat quod plurimum continere. Amplius flebotomia
et scrupha sicca cum exercitium forte cum balneum multum
iuvat ad retinendum homines. Omnes enim qui coitu
non utuntur plus aliis utentibus debet flebotho
mari et saepius scrupham scrupha sicca et saepe balne
ari et plus exercitari. Ex hiis enim omnibus ma
teria spermatica consumitur et desiccatur et minus in cor
pore multiplicatur. Amplius volentes coitum debet
evitare cibaria homine ad coitum incitantia vel
sperma multiplicando vel calorem incitando vel
spiritum ventosum in membris generativis congregando.
Cum autem sunt ista cibaria scriptum est in secunda
particula huius operis cum de regimine sanitatis scripto
a dispositione membrorum. Videndum enim quae
et qualia cibaria sunt et a quibus coitum to
taliter intendere cum vero desiccatibus materia sperma
tica bonum est quod utantur infrigidatibus materia generationis
cum vero ventositatem sit fortuita de incitatibus ad coitum
propter excitationem bonum est quod evitet ventosa cum quod

... complexione ventositate et forma desiccativis
